



# De eucharistia sacrosanctiss. ecclesiae Christi Iesu

<https://hdl.handle.net/1874/424514>



## **Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

## **This book is part of the Van Buchell Collection Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

MICHELINS

E oct.

692

U.B.U.













Theologia

Octavo nº. 692.





# DE EVCHIA

RISTA SACRO

SANCTISS. ECCLESIAE

Christi Iesu, Authore Georgio Vult-

celio, Nuper à Ioanne Lau-

steno Rhenano Romanis

auribus sonatus



Lic. e XXII.


Hoc facte in mei recordati

I P S I

Nice

Wolrab

NO



REVERENDO IN  
CHRISTO PATRI AC DO-  
mino Adamo Runo, uiro politioris literaturæ con-  
sultissimo, Christianæq; disciplinæ cultori  
cum primis insigni, Priori suo ui-  
gilantissimo,  
IOANNES LAVSTENVS  
S. D.



LIM IN SCHOLIS  
puer, Venerande Pater, didi-  
ci, secreta studia laudari à  
doctis, sed ita, inquit Era-  
smus, ut postea è latebris in  
harenam prodeamus, uirium  
que nostrarum <sup>m</sup> iculum fa-  
ciamus. Id quum mira modestia semper seruaue-  
rim, nouerimq; quam mihi curta esset supellex, ita  
ut puderet unquam demonstrari & dici hic est:  
tamen eam uerecundiam perficit tum tua auctori-  
tas, cui parère & pulchrum & necessarium est, tū  
publica Ecclesiæ utilitas, cui debemus quicquid us-  
quam habemus uel eruditionis uel uirium. Tibi, mi  
Pater, libuit fortassis uel ex officio, rationem (ceu  
gustum quendam) facere meorum studiorum, & ex-  
periri utrum partus ingenij mei uitales essent: ne  
uel tu

uel tu frustra operam collocasse uidereris aliquādo  
 in filium parum obsequentem, parumq; tuæ expecta-  
 tioni respondentem, uel certe ego frustra expendis-  
 se oleum & tantarum uigiliatum labores. Sane, ego  
 ab ipsis literarum crepundijs, sic animo imperarant  
 meo, ut aut profus obmutescerem, aut exercitator  
 in literis, tutus & expeditus in palæstram propera-  
 rem ἀθλητής: ne si more Icari nimium infirmis pe-  
 terem sublimia pennis & tibi dedecori essem & alijs  
 risui. Sunt enim & hodie, etiamnum inter ipsos mo-  
 nasticos (ne quid de seculo dicam) greges, qui Rhi-  
 nocerotis nasum habent: & cum ipsi nihil in medium  
 adferant, quo uel meliores uel eruditiores redda-  
 mur, omnibus tamen faceffunt negotium, quo aut à  
 proposito reuocent teneras mentes, aut alienæ inui-  
 diæ exponant constantes. Quorum tamen ego hatte-  
 nus conatus, ut cum Homero loquar,

Οὐκ ἀλέγω, ὡς εἶ με γυνὴ βάλοι, ἢ πάϊς ἀφρω-  
 κωφὸν ἢ βέλος ἀνδρὸς ἀνάκτιδος οὐτὶς ἀνοῖο  
 Quid plura? satis est tātillum mouisse Anagyrim,  
 ut tandem & illorum nares subeat malus inuidiæ  
 flagror, sciantq; quàm semper primum sui mordax  
 sit liuor. Verum tuis, Optime PATER, auspicijs fi-  
 sus, non potui non præstare quod exigebas: bona fide  
 futurum sperās, nemini debere improbari, quod  
 cum tanta necessitate donatur. Distuli (ut ipse iuxta

mecum tenes) per aliquot dies hanc operam, credēs  
 aut te risisse me, aut fortassis ita imperasse, ut me-  
 mor nō esses eorum quæ iusseras. Nam hæc ferè sub  
 castis illis tuæ familiæ compotatiunculis & genia-  
 libus uernis diebus acta sunt. Et solet plerunq; uino  
 inscribi, quod fuerit inter pocula dictum. Sed quid  
 non ad purum recordatur sobrius animus? Compo-  
 tabamus, confabulabamur unà omnes: at ita ut nibi-  
 lominus mens ipsa expedita esset & libera ad sui of-  
 ficij persoluenda pēsa. Tantum uini adhibebatur, ut  
 reficerentur iam longis uigilijs diutinisq; religionis  
 studijs confecta corpora, non luxu opprimerentur.  
 Et quia iacet omnis uoluptas, si desit comis & apta  
 confabulatio, tu nobis pro Attellanis fabulis, pro  
 aureo Apulei asino, pro Aesopi nugis, occinebas so-  
 lidas scripturarum cātionēs, & pro Hectoris satelli-  
 tio, pro insano Phyllidis Clytemnestræq; amore ca-  
 talogum recitabas Ecclesiasticorum Doctorum, qui  
 cum scriptis, tum uita Ecclesiæ fidem tuentur, eque  
 Hæreticorum conciliabulis scissam Christi tunicam  
 ceu clauam ex Herculis manu torquentes, inconsuti-  
 lem, hoc est integram quodam postliminij iure re-  
 stituerunt corpori Christi, quod est Ecclesia. Deni-  
 que adfirmabas nec hodie Ecclesiam esse suis prest-  
 dijs destitutam, habere eam etiam nūc suos Paulos,  
 suos Hieronymos, suos Augustinos. Quid multis  
 morerē



morer? Adducebas in huius rei testimonium Vuiceli  
 um, ueluti unicum Catholicæ Ecclesiæ asylū, qui uel  
 solus ceu alter Scipio, non iam Romanam rempub.  
 sed uniuersam Christi religionē possit restituere pri  
 stino fidei ordini. Verum quia huius uiri fama oēs  
 omnium aures quidem penetrarat, ingenij autē mo  
 numenta paucis erāt lecta, rogabas, imò (si quid Mi  
 mographo credimus) imperabas, ut si quis dignum  
 suo sacerdotio opus facere uelit, hūc è uulgari Teu  
 tonum lingua, in latinæ linguæ transferret eloqui  
 um. Et cur hoc? Nimirum quo fenestram aliquam  
 aperires, tuisq; occasionem dares euoluendis docto  
 rum hominum libris, ne uel ignauia torperent, uel  
 ociosis colloquijs male perderent, quæ cuiq; datur  
 temporis (quo nihil preciosius) portionem. Ad hæc  
 designabas certum authoris librum ceu scopū quen  
 dam, quo nostrorum studiorum dirigenda esset in  
 tētio, unde & lectori esset maior fructus, & certior  
 labor interpreti. Quis tali obsecro hospiti non di  
 gnetur esse conuiuia? Quis eiusmodi conuiuium im  
 probet? aut quis tales confabulationes recuset?  
 Quòd si hodie tales essent omnium compotationes,  
 nihil dubito quin esset & plus eruditionis & minus  
 rixarū inuidiæq;. Nūc quum alios carpimus, uicif  
 sim carpimur, & hoc solum nostræ stultitiæ præmi  
 um habemus, ut loqui ignoremus dum nescimus ta

cere. Accipies igitur ex me, mi Pater, Viucelium tuum tibi latine loquentem, qui si tibi alicubi obscurior uidebitur, difficultas materię in culpa est, quę superat omnem dicendi præstantiam. Nam quo maior est huius Sacramenti maiestas, hoc minus digne explicari potest humani oris facundia, sed tantum comprehendendi syncerę fidei constantia. Quam multos quantosq; hodie in huius Sacramenti eruenda ueritati decepit curiosior inquisitio? Quam multis item misere imposuit exitialis illa  $\phi\upsilon\lambda\alpha\upsilon\tau\iota\alpha$ ? qui ut noui magistri habeantur, noua dogmata cudunt. Nonne satius erat ab Ecclesię steterisse partibus, et piuum fuisse potius quam curiosum? Sola Eucharistia sui admirationem admittit, non cognitiõem. Quicquid in ea fit, arcano spiritus numine fieri certum est. Si uel humana ratione comprehendendi posset, uel explicari sermone, nihil opus esset fide. Cur igitur nõ magis eam cernuo uultu suspicimus, cur non magis toto pectore ueneramus? Pluris nobis debet esse Ecclesię auctoritas, quam incerta hereticorum contentio. Verum ne quasi Orestem describēs, longum faciam, multa me in huius Viucelij translatione, ut ingenue fateor, sefellerunt, multa etiam præterierunt, tum quia in uernacula illa lingua parum exercitatus sim, tum quia illum liberalium artium orbē, quem Greci  $\epsilon\nu\kappa\upsilon\lambda\omicron\pi\alpha\iota\delta\epsilon\omega$  uocant, potius salu-

tarim quam absoluerim. Vt cunq; tamen sese res habeat, ipse stilus orationis talis est ut adsit mundici-  
 es & desit fucus: nisi quod eandem uerborum lucē  
 non ubiuis præstare potui, ob aliarum linguarum  
 duritiem, quæ sepe interrumpit orationis gratiam.  
 Subinde enim Vuicelius interserit tum Græca tum  
 Hebræa, quæ interdum ipsa sua uarietate aut suspen-  
 sum tenent lectorem, aut confundunt candorem ser-  
 monis. Adduxit ea uir ille ad retundenda hæretico-  
 rum dogmata, qui plerunq; ex peregrina lingua in-  
 terpretantur quod nesciunt, & quod male didicere  
 in silentio, peius in lucem proferunt. Sed quid opus  
 tanta purgatione, quando altos uerborum cothur-  
 nos & sermonis fulmina facile contemnet, qui co-  
 gitet illud Hieronymi: Ecclesiastica interpretatio  
 etiam si habeat eloquij uenustatem, dissimulare eam  
 debet & fugere, ut non ociosis Philosophorum scho-  
 lis paucisq; discipulis, sed uniuerso loquatur homi-  
 num generi. Nos tamen hoc ubiq; conati sumus, ut  
 & doctus suas habeat delicias, & simplex lector su-  
 um fructum. Quod si non semper uotis respondet  
 conatus, cogitet etiam in non assecutis uoluisse tan-  
 tum, abunde pulchrum & magnificum esse. Qui no-  
 stra spernit, sua substituat, & pari uoluptate fere-  
 mus nostræ famæ dispendium, dum suus maneat le-  
 ctori speratus fructus. Tu interim Opt. P. facile in  
 his omnibus

his omnibus dabis ueniam τῷ πρώτο πρῆξῳ & huius militiæ tyrūculo: siquidem, ut cum Plinio loquar, succis suis temporibus ista curauimus, id est, nocturnis ferè, ne quid sub diuinis putes cessatum horis. Aegre quod scio ista audies: uerum utcūq; sit, uenia factis danda est, maxime propter uarios huius æstatis transuersim incurrentes labores, quibus impediebar perpetuo assidere cœptis. Ipse enim scis quæ admodum post longa interualla, uix tādē datū sit uel per punctum redire ad instituta. Atqui hinc etiam factum est quod cum eruditus lector, tum tua Pater nitas fortasse deprehendet quædam hiulca, quædam manca, quædam inchoata & ueluti caput sine cauda minus absoluta. Nam etsi interdum ex nostro ingenio addidimus obscuris lucem & dubijs fidem, tamen id perpetuo non licuit, ne nostris panniculis alienas delicias commacularemus. Hoc unum autem tuam P. oro obtestorq; per omnia sacra, ut si quando genuinum in me stringi dentem uiderit, illud Antigenidæ obijciat latranti lectori: Mihi cantauit & Musis, si aures surdæ sunt cæterorū. Et reuera tibi soli hæc cantauimus, qui popularis auræ fugimus plausum. Quod superest Vigilantiss. P. oro ut hanc meam audaciam boni consulas, & nostrorum laborum primitias hilari excipias fronte, animumq; potius penses, quàm rem ipsam: nimirum Artaxerxis

A u      Persarum

Persarum regis exemplo ductus, qui utrem sordide  
 aquae à Sellario infimo & plebeio homine oblatum  
 uultu suscepit iucundo: Arbitrabatur enim ea quae  
 à benigno promptoq; animo susciperet, & si par-  
 ua essent, non tamen minoris aestimanda quam prae-  
 clara atq; permagna illa ἢ πέλπορος ἢ ταντάλου  
 τέλωτα. Bene uale in Christo ornatissime P. quæ  
 ille instaurandæ pietati ac prouehendis bonis lite-  
 ris quam diutissime seruet incolumem.

Ex nostro Monasterio Passensua-  
 benheim, Anno salutis 1537.

Decimoseptimo Ca-  
 lend. Oct.

EIVSDEM EPISTO  
 LA APOLOGETICA ET  
 Parenetica, ad amicum lectorem.



ANDEM Cādide Lector  
 operæ precium me facturum  
 putauī, si & tibi meorum stu-  
 diorum rationem expone-  
 rē, ne uel tu, si nostra legas,  
 superstitionis, uel ego, si alie-  
 na transferam, accuser uani-  
 tatis. Vanum enim esset, si præter causam ab alio an-  
 te pistam massam repinscerem, pariter & superstiti  
 omni si

osum, si tu huiuscemodî insumeres operam, quæ ni-  
 hilo plus adferrent utilitatis in aliena lingua, quàm  
 in prototypo. Verum cum iusta adsit causa, non de-  
 bet dici crimen quod proficiscitur ex necessitate.  
 Quæ illa? Quum uiderem passim latinæ literas sup-  
 pullulascere, nec ipsis literis dignos Musis deesse  
 cultores, uolui, ut quod in sua lingua applaudebat  
 rusticis, idem placeret & doctis, quos solum latinæ  
 linguæ delicia tenent: quin etiam ut quod uni Natio-  
 ni datum est ad sincerioris ueritatis auspicia, idem  
 quoq; uniuerso terrarû orbi innotesceret, ad Chri-  
 stianæ pietatis profectum. An sola Italia semper im-  
 munis erit ab Hæresi? Vel, sola Gallia perpetuo libe-  
 ra erit à Sectis? Quid si tandem suos postliminij iu-  
 re reuolat CHRISTVS, quos uel Gades habent  
 uel Caucasii montes clausos tenent? His igitur nulla  
 dabimus nostræ fidei monumenta? nulla aduersus in-  
 gruentes malorum conatus feremus præsidia? Ab-  
 sit. Pugnat Ecclesiæ Viicelius, unde quicquid ex al-  
 bo Ecclesiæ est, hinc sibi sumat scutum fidei & arma  
 salutis. Proinde neq; ego uanus ero, qui omnibus  
 prodesse uolui, inuidere nemini, neq; tu Lector su-  
 perstitiosus, si ea legis quæ pluribus cõducere pos-  
 sunt. Sed hæc quasi πᾶσι γὰρ sunt, & uereor ne cū  
 amphoram ceperim instituere cū Horatio, ur-  
 ecus exeat, Itaq; id quod uel in primis admonuisse  
 oportuit,

oportuit, is à nobis seruatus est interpretãdi ordo, ut nõ uerbũ è uerbo, sed sensum exprimerem de sensu. Habeoq; huius rei magistrum Horatium (ut cæteros taceam) qui hoc idem in arte Poëtica erudito interpreti præcipit: Nec uerbum uerbo curabis redãere fidus Interpres. Quòd si alibi me contingit (id quod non dubito futurum) à rectori Vuiccliana literæ scopo deflectere, dabis ueniã errato, cogitabisq; difficile esse, ut Hieronymianis uerbis utar, alienas lineas insequentem non alicubi excidere, & arduum, ut quæ in alia lingua bene dicta sunt, eundẽ decorem in translatione conseruent. Haud uno in loco offundit nostris oculis puluerem uaria illa linguarum mixtura, quo minus licet adsequi germanũ tum authoris tum scripturæ sensum. Intereaq; accedunt Hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, uarietates figurarum, Ipsum postremo suum, ut ita dicam, uernaculum linguæ genus. Si ad uerbũ interpretor, absurde resonant; si ob necessitatem aliquid in ordine uel in sermone mutauero, ab interpretis uidebor officijs recessisse. Verum hæc eruditorum uirorum iudicio committimus, ut si quando uisum fuerit, nostra ungue & obeliscis confodiant, & meliora substituãt. Siquidem ea lege scripta mea ad Lectorem ueniunt, ut quæ in eis salebrosa sentiantur, ea leuigare, quæ obscura illuminare, quæ tor

tyosa  


tuosa corrigere & euerberare non uereatur. Non sum mihi Suffenus, nec facile credi potest q̄ mea opera mihi non satisfaciant. Labor certe talis ac tantus fuit, ut crediderim nec Herculi plus laboris fuisse in interficienda Hydra, quàm mihi in tot auctorum libris euoluendis. Est enim frequens in citandis ueterum patrum scriptis. Et huic difficillimæ difficultati, nescio quis malus Genius accesserit, ut nihil ferè sine errore citetur: ut per se alioqui ingens labor labore cumuletur. Nam aut librorum numerus fallit, aut capitū distinctio mentitur. Plerumq; in totum ipse locorum index supprimitur, plerumq; etiā auctorum titulus tollitur. Quis iam in tanto molestiarum Labyrintho non est dignus uenia? Cui in terim eam incuriam ascribam certum nō habeo. So lent interdum ipsi Chalcographi dormire & hæc ceu leuiora haud magno in discrimine ponere. Potuit etiamnum fieri, ut ipsū quoq; Viucelium multa lectio confunderet, & quum se certo talia legisset, non tamen satis meminisset ubi. Neq; enim frustra fertur apud indoctum uulgus: Pluribus intentus minor est ad singula sensus. Contra, per nos sic indefatigabili cura aduigilatum est, ut sua singulis restituerentur: & ubi τὰ γνήσια hoc est propria defecerunt, quàm potuit fieri, simillima substitui mus, ne nos mendacij accusarent Heretici. Latius

hac de re



hac de re in annotatiōibus nostris loquemur, in quibus uidebis quantopere uel in unica uocula sepe sudatum sit, nec tamen profecerim. Vnde factum est ut huic operi necdum ultimam manum aliter imposuerim quā Appelles olim picturis. Siquidem aptius exire, quum in multis tum hic est difficillimum, propter librorum legendorum immēstatem & multarum linguarū Διάλεκτον. Vale & nostros conatus fauore demerere. Ex nostro Museo, Anno redempti orbis 1537. Decimosexto Calendis Octobris.

GEORGIUS VVICELIVS CHRISTIANO  
Lectori salutem.



ACTENVS mi Lector, iuxta rationem Ecclesiastici mei officij apertis, quod aiunt, tibijs disserui de confessione admissorum, necnō de sacrosanctæ Eucharistiæ Sacramento. Id qualicunq; successerit modo, haud temere tamen animaduerto hac occasione esse factum, ut alijs hæc mea opera ad resurrectionem

resurrectionem pietatisq; accessionem cesserit felicitate, alijs contra ad ruinā male. Atqui ij ipsi quidē fortiter nobis succēsent, siquidē uerbum Dei (gladius spiritus) eos non leuiter perstrinxerit: illi autē, eriam si numero pauci sunt, apprime sibi gratulantur de felici pristinae Euangelicae ueritatis uictoria: & nimirum obnixē rogant, ut iamiam extralimen proferatur quod intra sacras aedes audire paucis contigit. Tum eò etiam quo lapsus nostri publici Auditorij per communem Chalcographiae usum sarciat, quoq; ipsum Dei Euangelium citra ulliū sermonis fucum, uel in teētis iuxta dictum Christi famelicis Ecclesiae ouibus edisseri possit ad salutē. Huc accedit, quòd nostras saepenumero conciones Ecclesiae hostes iuxta suorum ingeniorum uasficiem pro sua uoluptate inuertunt, exq; sui animi uoto me trahunt, & male obloquuntur apud credulam uulgi turbam. Proinde ne quis per horum conficta ostentamenta uerborumq; monstra (ueluti sic per me dicta & adferta) seducatur imprudens, mihiq; detestanda iniuriā inuratur nota, coactus sum inter istos oblatrārium canū quotidianos strepitus, publico calamo meas praeceptiones adere, easq; communi omnium iudicio submittere. Utinam omnium cordibus illucescat Deus, certissimus ac unicus fidei scopus. Vale. Islebij, ipso die Egidij 1534.

IESVS.

## I E S V S



**D**IVVS ille Bernardus  
 uir in Christo uere pi-  
 us, ab omni inuidiæ  
 lue sua scripta pur-  
 gans, Si quid, inquit,  
 dictum est post pa-  
 tres, quod non sit cõ-  
 tra patres, nec patribus arbitror, nec cui-  
 quam displicere debere. Quam nimirũ  
 sententiam, mihi iure quodam uindico  
 peculiarem. Siquidem & nostræ lucu-  
 brationes ac studia succedunt patrum  
 laboribus, non tamen pugnant cum pa-  
 trum scriptis. Quin magis huc meorum  
 studiorũ omnis uergit intentio, ut quàm  
 simillima inter se nostra studia, ipsis pa-  
 tribus per omnia consonent, ne ueteres  
 terminos, quos ipsi posuere, audaci su-  
 percilio fronteq; perfricta trãsiliam: uti  
 habet uiri sapientis parænesis. Quin po-  
 tius eos consulam, ex hisq; petam solidã  
 ueritatis structuram, quemadmodum  
 scriptura

Scriptura hortatur, Facies, inquiēs, quæ-  
 cunque docuerint te Sacerdotes Leuiti-  
 ci generis, iuxta id quod præcepi eis, &  
 imple sollicite. Quisquis enim Ecclesiæ  
 contemnit patres, ipsam despicit Ecclesi-  
 am. Verum qui fastidierit Ecclesiam, ille  
 nihil recte, sancte iuxta & Catholice sen-  
 tire potest de eius sponso, imò & capite  
 Christo: utcunque nostri graculi contra  
 cornicentur & iactitent alas. Quãquam  
 non usque adeo certa est hæc nostra sen-  
 tentia, quasi patrum tantum (spretis scri-  
 pturis) uelimus harere uestigijs, siquidẽ  
 & ipse Augustinus nec semper nec ubi-  
 uis patrum fidit scriptis, nec optat suis li-  
 bris idem deferri ius, eandemq; fidei au-  
 thoritatem, quæ merito debetur scriptu-  
 ris sanctis, iuxta quod alibi inquit: Noli  
 meis literis uelut canonicis inseruire.  
 Quod & nos subinde pari fide curabi-  
 mus, quo & nostræ præceptiones de ue-  
 ritate Eucharistiæ, solum diuinarum scri-  
 pturarum solidentur autoritate, ipsæ ceu  
 firmissimæ petra anchoræq; fidelissimæ  
 B innitantur:

innituntur: Ad quarum pleniorē per  
 inde adsequendam cognitionem, subser  
 uire nobis debēt eruditorum hominum  
 nec minus piorum scripta: eatenus tamē  
 quatenus adferunt ueram lucem & ger  
 manum scripturę sensum, ex spiritu Chri  
 sti, non hominum somnijs. Innixi in quā  
 scripturis, maxime duodecim Apосто  
 lorum ac discipulorum scriptis, qui du  
 bio procul plura didicere audierēq; ex  
 suo nostroq; omnium magistro, quā  
 explicat succincta illa & breuis noui Te  
 stamenti historia, Proinde in uerbo dei  
 figētur uestigia mea, iuxta quod & cum  
 Dauidē precor: Utinam dirigantur uia  
 meæ ad custodiēdas iustificationes tuas.  
 Et eo amplius: Lucerna pedibus meis  
 uerbum tuum, & lumen semitis meis.  
 Cui sane diuinorum uerborum γλωσσ  
 λογία inter hasce plus quā Cimmerias  
 tenebras, uariasq; mundi opiniones, so  
 lum intendam fidei oculos, & ipse Chri  
 stus aperiet & dabit mihi intellectum,  
 quo adsequar scripturæ sensum, eiusq;  
 edificam

edificam mādāta. Quemadmodum duobus illis discipulis in Emauntem euntibus incipiens à Mose & omnibus Prophetis interpretatus est omnes scripturas quæ de ipso erant. Aperiet, inquam, mihi sensum, sed plane claue illa Davitica, ut Apocalypsis habet, siquidem ipse solus potest aperire hunc librum & solvere eius signacula, ut cui ipse semel aperuerit, huic nemo unquā claudat uel in caelis uel in terris.

Interea ne longius aberremus à proposito scopo, haud ignoramus primam originem, germanamq; huius sacrosancti mysterij unde suppullulauit radicem, scilicet quomodo ex Veteri Testamento natum solidatūq; sit suis quibusdam imaginibus ac certis figuris. Primum an relata Mosaicam legem, Genesi. 14. de Melchisedech qui proferens panem & uinum benedixit redeunti Abrahamo ex hostium cæde. Deinde sub lege, ut Exodi. 12. de esu agni & azymis panibus cū lactucis agrestibus. Præterea post datam

legem, utputa Prophetarum tempore, ut  
 Plam. 110. saltem iuxta latinorum nume-  
 rum: Memoriam fecit mirabilium suorum  
 misericors & miserator Dominus escam  
 dedit timētibz se. Et Danielis 11. ubi ipse  
 Daniel uaticinatur quēd olim Antichri-  
 stus qui per Antiochum designatur, in-  
 dignabitur contra testamentum sanctu-  
 arū & quomodo ex eo stabunt brachia  
 & polluent sanctuarium fortitudinis, au-  
 ferentq; iuge sacrificium, hoc est, altaris  
 oblationem. Malach. etiam 1. In omni lo-  
 co, ait Dominus, sacrificatur & offertur  
 nomini meo oblatio mūda. Et apud eun-  
 dem cap. 3. Colabit eos quasi aurum &  
 quasi argentum, & erunt Domino offe-  
 rentes sacrificia in iustitia. Et placebit do-  
 mino sacrificium Iuda & Hierusalem si-  
 cut dies seculi & sicut dies antiqui. Ad  
 hæc adprime scimus quemadmodum id  
 ipsum Sacramentum testificatum & re-  
 ipsa sit prestitum in Nouo Testamento,  
 cuius subinde etiam peculiarem nomē  
 claturam sortitur, & propter id uere ac  
 unice or

unice ordinatum & institutū est, & quo modo etiamnum ob id & datur & uicissim sumitur à credentibus, quemadmodum cernere est in multis Noui Testamenti locis, ueluti Mat. 24. Mar. 14. Luc. 22. Ioann. 6. Act. 2. 1. cap. 10. & 11. Proinde de institutione nullus dubitat, multo minus de institutore. Quare & hoc fide certa tenemus, quia haud unquam pœnitabit institutorem sui instituti, quicquid id sit quod ipse certissimus rerum artifex semel instituit. Quin & ipse sacer spiritus uel iuxta simplicem scripturæ literam in uniuscuiusq; uere Christiani hominis pectore testificatur, quid cuiq; credendum sit ad salutem. Hinc Apostolus apud Ioannem, Scrutamini scripturas, & illę sunt quę testimoniū perhibent de me. Et alibi, Spūs, inquit, est qui testificatur quoniam Christus est ueritas. Equidem huius spiritus unctio & uiret semper in se, & inueterascit nunquam: estq; efficacissimus ad uitam æternam stimulus in ijs qui edocti sunt ueritatem à deo & Chri



ftum habent, tum eruditionis omnis au-  
 thorem, tum probæ uitæ exemplar. Ait  
 enim scriptura: Spiritus est qui uiuificat,  
 caro non prodest quicquam. Et apud  
 Matthæum: Vnus est magister uester, o-  
 mnes autem uos fratres estis. Præterea ex  
 perspicuis Euangelicæ scripturæ locis  
 unâ cum Ecclesia dei Catholice docebi-  
 mus, quidnam sit Sacramentum. & quo  
 modo uel quare sit frequentandum aut  
 sumendum à fidelibus. Sic enim fixa stat  
 animi mei sententia, haud uel latum un-  
 guem uelle discedere à scripturarum li-  
 mine, ne mei Diaboli, id est, calumniato-  
 res, Momicq; iustam uideantur captasse  
 querimoniam ansam, quam quidem con-  
 tra me die noctuq; perniciosissime quæri-  
 tant. Et licet uerbum dei haud unquam  
 pessum ibit in æternum, ut inquit Esaias  
 13. tamen eterna calamitas opprimet Pro-  
 phetas mendaces, qui iuxta sui ingenij  
 astuciam non quod debent sed quod uo-  
 lunt in uulgus spargunt, iactantes esse uer-  
 bum dei quicquid dixerint, cum eis non  
 sit locutus

fit locutus Dominus. Porro quo nostra adfertio minori cum labore & citius percipi possit & retineri diu, Decem distincta erit capitibus.

PRIMO: Disputabitur de multis, in quibus varijs nomenclaturis huius nominis Sacramenti.

Secundo: De sui usu siue institutionis ratione, quæ est Dominicæ passionis commemoratio.

Tertio: De gratiarum actione pro impenso semel nobis tanto diuinæ pietatis munere.

Quarto: De eius mystica significatione, hoc est, de mutua nostri diuinæque dilectionis copula, qua unimur deo, & uicissim ipse iungitur nobis.

Quinto: De huius Sacramenti perceptione.

Sexto: Quis hinc fructus aut quæ maneat utilitas percipientem digne Eucharistiæ.

Septimo: Certis rationibus astruetur ueritas corporis & sanguinis Christi in Sacramento.

Octauo: De memoriali oblatione huius mysterij, & hoc bifariam: Primum de eo genere oblatiōis quo quis seipsum hostiani offert uiuam in odorē suauitatis, ex imitatione Christi: deinde quomodo nos uicissim Christum offerimus in sui commemorationem.

Nono: De usu & digna præparatione nostri quotidiani sacrificij. i. Missæ.

Decimo: Certabitur aduersus exitiales Lutherismi contagiones, portentosasq; hæreticorum opiniones.

#### ANNOTATIONES.

Parænesis. ) παραίνεσις, id est, admonitio, à παραίνεω quod est admoneo.

Graculi cornicentur. ) Cornicari dicuntur, qui inepte garrunt & intempestiua loquacitate omnia confundūt. Tractum à cornicum graculorumq; garrulitate.

Et ipse Augusti. ) Sæpius in eandem sententiam loquitur Augustinus, præsertim ad diuum Hieron. & ad Marcellin. lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 7. Illa, inquit, quæ apud nos, præter eos quorum de his libris legimus, non habent testem, & ab eis cōscripta sunt,

sunt, qui non sunt diuinitus docti, atq; humanitus fa-  
li forte potuerunt, licet cuiq; sine recta reprehensi-  
one non credere. Nam nec ego uolo temere credi  
cuncta quæ posui, quia nec à meipso ita creduntur  
tanq̃ nulla de illis sit in mea cogitatione dubitatio.  
At qui hæc eò dicta sunt, mi Lector, ut intelligas, quã  
tus sit labor, dare germanam lectionem, ubi desit  
certus locorum index.

γνωμολογία.) γνώμη sententia, γνωμολογία  
sententiarũ collectio dicitur, à γνωμολογεῖν, quod  
est sententiose dicere.

Cimmerias tenebras.) Cimmerij populi Scythici  
fuerunt, quibus, ut inquit Tibullus, nunquam caden-  
te dies apparuit ortu. Hinc deductum est prouerb.  
Tenebræ Cimmeriæ, in eos qui tanquam cæci omnis  
ueritatis expertes sunt. Sub quo subinde sensu recte  
in Hæreticos quadrat, qui errorum latebras quærē-  
tes, Euangelicæ ueritatis fugiunt lucem.

Diaboli, Id est, calumniatores.) Διαβολή enim  
latine calumnia dicitur & suspitio. Hinc Διαβολός  
id est, calumniator.

Momi.) Momus reprehensionis olim deus habi-  
tus est, qui cum ipse nihil faceret, aliorum tamen o-  
pera liberrime carpebat. Hinc Momi uocantur qui  
aliorum studia reprehendunt.

C A P V T I.

B 5

Ante



Nte omnia itaq; sermocinabimur de uarijs huius sanctissimi Sacramenti uocabulis atq; nomenclaturis. In primis, diuus Paulus uocat Coenam Dominicam, quæ & peculiaris eius nomenclatura est, eò quòd in ultima cœna ipse Dominus hoc celebrarit simul atq; instituerit. Nec interim eo exemplo satis probari potest uel debet, quasi perinde & nos sub uesperum isthuc debeamus frequētare mysterium, quemadmodum fortasse possent hoc moliri quorundam contentiosorum hominum ingenia, iuxta quòd hodie omnis hominum astutia in hoc Sacramento magis tentat & audet, plus sibi usurpat & uendicat, quàm in cæteris Ecclesiæ Sacramentis. Alioqui eodem exemplo compelleremur etiam sedere, non ad surgere aut inflectere genua sub perceptione tantæ diuinæ erga nos charitatis pignoris, subq; tam præstantissimi Christianæ unitatis Symboli communi one. Compelleremur inquam, præter hunc

hūc cibum, etiam quærere alium, atq; ad  
 facietatem usq; nos ingurgitare largiori  
 bus cibi potusq; delicijs, idq; ex alijs pa-  
 ninis ac poculis & longe dissimilibus stu-  
 dijs ac moribus, q̄ habuit hactenus sobri-  
 us atq; inueteratus Ecclesie usus. Verum  
 hinc quid aliud futurum cēses, quàm Co-  
 rinthiam aliquam, quam Paulus impro-  
 bat, comestationem? Salubrius longe-  
 que sanctius est, sobrium auroræ tem-  
 pus obseruare, uel tali ex ratione, quòd  
 is usus à temporibus Apostolorum in  
 hanc usq; ætatem citra ullam controuer-  
 siam deductus, seruatus atque probatus  
 sit unanimi totius Ecclesie consensu.  
 Quemadmodum apud Tertullianum  
 uidere est, qui uxori suæ charissimæ ita  
 scribēs, Non sciet, inquit (futura) mari-  
 tus tuus quid secreto ante omnem cibum  
 gustes, & si sciuerit panem, nō illum cre-  
 dit esse qui dicitur. Ante omnem, inquit,  
 cibū, quod haud dubie pertinet ad ma-  
 tutinum, ut sic dixerim, ientaculum, hic-  
 que haud vulgari argumento testatur,  
 quòd

quod nulla fuerit apud eum cibum commessatio, Quem sane ritum & hodie Catholicae Ecclesiae seruant. Quin & is ipse Tertullianus alibi hoc Sacramentum uocat Conuiuium Dominicum, sicut testatur ipse scribens ad eandem: Quis ad conuiuium illud dominicum, quod infamat, sine sua suspitione dimittet uxorem? Ad haec à Theophylacto Mensa mystica uocitatur ita dicente: Si enim qui mensae mysticae participant, cum deo ineunt sodalitatem, necesse est, ut qui daemonaecae participes fuerint, cum daemonibus ipsis iungant consortia. A Cyrillo autem mensa diuina siue sacra dicitur in Ioannem sic scribente: Quia ergo nondum spiritum miserat, ideo à tactu suo Mariam prohibebat dicens: Nondum enim ascendi ad patrem meum, id est, nondum pater per me spiritum sanctum ad uos misit. Hinc Ecclesia regulam accepit, prohibemus enim à sacra mensa Catechumenos quamuis ueritatem iam cognouerint & fidem magna uoce confiteantur,

Quia

Quia nondum locupletati spiritus sancto sunt, qui non habitat in ijs qui baptis-  
 mate consummati non sunt: unde quum bap-  
 tismum receperint, quia spiritus sanctus  
 habitare in illis creditur, a tactu & comu-  
 nione salutaris Christi corporis non pro-  
 hibentur. Idcirco & accedentibus ad be-  
 nedictionem mysticam, ministri mysterij  
 magna uoce clamant, sancta sanctis: so-  
 lis sanctificationis spiritu, tactum & san-  
 ctificationem corporis Christi congrue  
 re significantes. Porro a Chrysostomo  
 etiam mensae sacrae participatio appella-  
 tur, id quod ex multis suorum operum  
 locis colligere est atque uidere. Primum  
 in Homilia quadam ad populum, Tu cri-  
 me, inquit (neque enim certior iam occur-  
 rit autoritas) non ieiunare esse putans, ali-  
 ud incurris crimen multo maius & diffi-  
 cilius, quod sacrae huius mensae non par-  
 ticeps efficeris, & quod corpus tantum  
 aenis animam famae consumis. Et alibi sa-  
 cerdotibus loquens, Non parua, inquit,  
 uobis imminet poena, si quem aliqua im-  
 probitate



probitate teneri scientes, ei huius mensæ participationem permittatis. A Theodoro uero diuinus cibus, & cœna mystica à diuo Nilo Episcopo sic dicente: Ab omni corruptiōe abstine, mysticæ que cœnæ quotidie particeps fias, ita em̄ Christi corpus in nostrum mutatur.

In initio nascentis Ecclesiæ conueniebant inter se Christiani, & celebrabant conuiuia non ad uoluptatem, nec ad innouanda huius seculi gaudia, sed ad confirmandam mutuæ dilectionis Christianæque pacis beneuolentiā: quos nimis Conuentus Tertullianus in Apologetico suo ἀγάπας uocat, ac si dicat conuiuium dilectionis. Ait quippe: Cœna nostra de nomine rationem suam ostendit, uocatur ἀγάπη, id quod dilectio penes græcos est, quantiscunq; sumptibus constat, lucrum est, pietatis nomine facere sumptum. (Atq; ut egregium casti conuiuij exemplar nobis ostendam, placet reliquam authoris addere sententiam.) Siquidem, inquit, inopes quosq; refrigero isto

rio isto iuuant non qua penes uos (gē  
 tiles alloquitur) parasiti affectant ad glo  
 riam famulandæ libertatis sub autoramē  
 to uentris inter contumelias saginandi,  
 sed qua penes deum maior est contem  
 platio mediocrium. Si honesta causa est  
 conuiuij, reliquum ordinem disciplinæ  
 æstimate, quid sit de religiōis officio. Ni  
 hil utilitatis nisi modestia admittit. Non  
 prius discumbitur, quàm oratio ad De  
 um prægustetur. Editur quantum esuri  
 entes capiunt. Bibitur quantum pudicis  
 est utile. Ita saturatur, ut qui meminerint  
 etiam per noctem adorandum Deum si  
 bi esse. Ita fabulantur, ut qui sciant domi  
 num audire. Post aquam manualementem &  
 lumina ut quisq; de scripturis sanctis uel  
 de proprio ingenio potest, prouocatur  
 in medium, Deo canere. Hinc probatur  
 quomodo biberit: æque oratio conuiui  
 um dirimit. Inde disceditur non in cater  
 uas censionum, neq; in classes discursati  
 onum, nec in eruptiōes lasciuiarum, sed  
 ad eandem curam modestiæ & pudicitie  
 ut qui

ut qui non tam cœnā cœnauerint quàm disciplinam. Testatur idem & Plinius Secundus, uel in uita testificatione scribens Traiano, Charissimis nostris fratribus, uel ut ipse inquit, Christianis morem fuisse conueniendi ad capiendum cibum, promiscuum tamen & innoxium, quorum conuentus ac sodalitates (quas ipse uocat *ἐταιρείας*) iuxta imperiale edictum inhibuit Christianis. Idem autē de antelucano Christianorum conuentu ad eundem Traianum in hæc uerba scribēs, Adfirmabant autem, inquit, quòd essent soliti statuto die antelucem conuenire, carmenq; Christo quasi deo canere sc̄p̄ inuicem Sacramento nō in scelus aliquod obstringere, sed ne furta, ne latrocinia, ne adulteria committerēt, ne fidem fallerent, ne depositum appellati negarent. Hactenus Plinius. Retinet hucusq; quædam uestigia ueteris huius consuetudinis Catholica Ecclesia, quum ipso Iouis die maioris hebdomadæ Mandatum & deinde Cœnam (ut uocant utrunq;) Dominicam

minicam pauperibus exhibet, de qua etiam Pontius Paulinus meminit dicens, Mensam in Ecclesia poni solitam pro pauperibus cibo reficiendis, quam alij domini mēsam uocant & à domino positam, adhortans ditiores, ut egentibus de suo libenter impertiant. Et hæc quidem de uno nomine huius Sacramenti. Præterea & apud ueteres plerumque uocatur Mysterium, maxime apud Chrysostomum, qui ait: Singulis fidelibus per hoc mysterium se coniungit Christus, & quos peperit non alij nutriendos tradit, sed ipse studiosissime alit. Et paulo infra, Cauendum, inquit, tibi est, qui hæc mysteria ministras, ne dominum irites corpus hoc non purgando, ne acutum gladium pro cibo præbeas. Nec tñ ideo tantum mysterium uocatur, quòd sub eo lateant occulta & maxima quædam rerum diuinarum Sacramenta, uerum idcirco etiam, quòd inibi memoria summi Sacrificij, id est Christi, qui est nostra redemptio, quotidie innouetur ac conseruetur.

C

seruetur

firmetur in nobis. Quāquam etiam præter hoc, uocantur apud gentiles mysteria, omnes scripturæ, ut sic dixerim, sacræ, quæ in sacris ædibus tractantur, ratione occultæ suæ significationis, quàm soli Mystæ, id est, quibus cura diuinarum rerum incumbit, apprime norunt ac intelligunt. Augustinus semel fidei Mysterium dicit, quod, ut ipse inquit, salubriter credi potest, salubriter non potest inuestigari. Atqui ex græca illa dictione <sup>MUSÆ</sup> <sup>giz</sup> latini mutuati sunt Sacramentum, & fortassis hoc ideo, quia inibi aliud uideatur foris, aliud intelligitur intus. Sacramentum enim diffinitur apud Theologos sacræ rei uisibile signum, aut inuisibilis gratiæ uisibilis forma. Interdū hoc utrunq; fortitur nomen, Signās & signatū, similiter mysteriū occultans & occultatū, id est, uisibile & inuisibile. Quāq; & aliàs multo secius utantur hac uocula (Sacramento scilicet) nempe pro militari iuramento, eo quòd aliquid sacri in se contineat, idēq; olim soli sacerdotes exigebant

igebant à militaturis, quo & plus haberet authoritatis, nec minus roboris. Atq; in hunc modum sacer Baptismus peculiariter appellatur Sacramētū, eò quòd in eo cum Christo huius nostræ militiæ Antesignano & Christianæ uitæ authore subacti sumus iuramento sancto, eius uoluntati ad nutum nos obtemperaturos, cuius fidei symbolo ita adstricti per baptismum sumus, ut nunquam liceat ab eius fœdere deficere, & pacisci cū Diabolo. Copiosius hac de re in libello de Bapt. Cæteræ haud raro & aliter usurpatur hæc nomenclatura ( sacramētum scilicet, quanquam non in eum sensum iuxta quem nos ea utimur secūdum Ecclesiæ usum ) ut puta pro secretioribus diuinæ dispensationis mysterijs, quæ quibusdā sanctis uiris aperuit ipse deus per spiritum suū, quum in Veteri Testamēto, ut apud Daniele scriptura ait: Tūc ingressus domum suā Daniel, Ananię & Misaeli & Azariæ socijs suis indicauit negotium, ut quærerent misericordiā

à facie dei cœli super sacramento isto & non perirent Daniel & socij eius: tum in Nouo Testamento, ut in Apocalypsi, tibi Ioannes assumptus in spiritu, uidit in spiritu mulierem sedentem super bestiam & in fronte eius nomen scriptum mysterium. Cui subinde Angelus: Ego dicam tibi sacramentum mulieris & bestiae quæ portat eam. Maxime autem Paulus Apostolus reuelatum Christi Euangelium consuevit Sacramentum uocare, sicut Ephesijs scribens, Secundum reuelationem, inquit, notum mihi factum est Sacramentum, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi. Et subinde: Mihi minimo data est gratia hæc in gentibus Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi & illuminare omnes quæ sit dispensatio Sacramenti absconditi. Item Coloss. scribens, Ut impleam, inquit, uerbum dei, mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus, nunc aut manifestatum est sanctis eius quibus uoluit deus notas  
facere

facere diuitias gloriae Sacramenti huius in gentibus, quod est Christus. Præterea & Timotheo scribit, Oportere Diaconos pudicos esse & habere mysterium fidei in conscientia pura. Et infra: Magnū est pietatis Sacramentum quod manifestū est in carne, &c. Porro hoc ipsum quod nos in hunc modum Sacramentum & Græci *μυστήριον* dicunt, Hebræi uocant Raz, siue Chaldaice Raza, Danielis 2. Idem apud eos significat Sod, ut Amos 3. Electissimum autem huius Sacramenti uocabulum est Eucharistia, sic dicta ab ipso opere quod in ultima Cœna suis coram exhibuit dominus: quem admodum à tribus Euangeliographis & nostro Apostolo Paulo per græcum uerbum *εὐχαριστία* explicatur, hoc est agens gratias, aut cum egisset gratias. Sæctus Marcus semel loco huius ponit *εὐλογίαν*, id est, benedicens aut cum benedixisset. Ex cuius loci autoritate, etiam altaris Sacramentum licebit *εὐλογίαν* hoc est, benedictionem nuncupare. **Quam**



quam is ipse Marcus, proxime ubi sacri Calicis meminit, ponit *εὐχαριστίας*, nihil dissonans à cæteris. Atq; ita plerunq; & scribunt & dicunt omnes Orthodoxi patres, ut uerisimile sit & Apostolos ita nominasse, id quod & Clemens testatur iniquiens: Aliter nullo modo ostendi eos (Iudæos scilicet) posse saluari, nisi per spiritus sancti gratiam trine inuocationis dilui baptisinate properarent, & Eucharistiam Christi domini sumerent. Et rursus alibi apud eundem: Petrus eos qui fidem domini plene receperant, deducens ad fontes mari contiguos baptizauit & Eucharistiam frangens cum eis, constituit Episcopum Maronem. Sortitur & hanc nomēclaturam apud diuum Ignatium cum dicit: Nemo præter Episcopum aliquid agat eorum quæ ad Ecclesiam pertinent, firma Eucharistia reputetur quæ ab Episcopo concessa fuit. Apud Irenæum & Tertullianum uix aliud habet nomen quàm Eucharistia. Quorum prior sic ait: Quomodo dicunt carnem in  
nem in

nem in corruptionem deuenire & non percipere uitam quæ à corpore domini & Sanguine alitur; Ergo aut sententiam mutant, aut abstineant offerendo quæ prædicta sunt. Nostra autem consonas est sententia Eucharistiæ, & Eucharistia rursus confirmat sententiam nostrã. Posterior uero sic: Eucharistiæ, inquit, Sacramentum & in tẽpore uictus & om̃ibus mandatum à domino etiam antelucanis cœtibus nec de aliorum manu quã præsentium sumimus. Frequentius autem ita uocatur apud Eusebium & Cyprianum, quorum hic ita scribit: Primo idoneus esse non potest ad martyrium, qui ab Ecclesia non armatur ad præliũ, & mens deficit, quam non recepta Eucharistia erigit & accendit. Alter uero sic: Tamen quia præceptum fuerat ut lapsis in exitu nemo reconciliationis solatia denegaret, & maxime his quos prius id rogasse constaret, parum Eucharistiæ puero qui ad se uenerat dedit, quod infusum iussit seni præbere. Cæterum à Di

C 4      onysio

onysio illo Arcopagita peculiariter Synaxis uocatur, tametsi etiam Eucharistiam nominet. Ait quippe: Primum quidem illud inspiciendum, cuius rei gratia quod alijs quoque uenerandis diuinisq; mysterijs commune uocabulum est, huic præ cæteris præcipue ac peculiariter applicetur, ut singulariter communio siue societas & synaxis siue collectio dicatur. Et paulo infra, Neque enim, inquit, ferme fas est sacerdotalis muneris mysterium aliquod peragi, nisi diuinum istud Eucharistiæ, augustissimumq; Sacramentum compleat, quæ singula cum peraguntur, & eius qui perficitur collectionem ad unum illud unicū sacratius operetur, & diuinitus indulto sacramentorum coelestium munere, ipsius ad deum consortium peragat atque perficiat. Vtitur & præterea Chrysostomus hac uocula (synaxi scilicet) cum inquit: Quum tibi persuaseris quod post cibum & potum & ad synaxin conuenire necesse est, omnino & inuitus multam geres modestiæ cur

stix curam, & neque in ebrietatem neq;  
in crapulam unquam deducêris. Et rur-  
sus: Quando, inquit, quæso uos dilecti  
melius fecistis? An præterita synaxi, quã  
do post mensam ad somnum conuerte-  
bamini, an nunc cum post mēsam ad di-  
uinas leges audiendas conuenistis? Sy-  
naxis autem, coniunctio dicitur latine,  
uel coagmentatio, hoc est mutua coadu-  
natio Christi cum Ecclesia eius sponsa,  
significata sub tali tantoq; mysterio. Aut  
certe ideo nostra Eucharistia Synaxis  
appellatur, quòd unanimi dilectiois uin-  
culo congregati fideles eam concordia  
quoq; pietatis studio sumāt. Vnde est il-  
lud Apostoli: Cum conuenitis in Eccle-  
siam fratres inuicem expectate ut non  
in iudicium conueniatis. Quapropter  
hanc eandē synaxin uocarunt olim Chri-  
stiani Collectionem siue Collectam, ut  
est testis Athanasius apud Eusebium ita  
dicens: Erat nox & aliqui populorum  
ad uigilias uenerant expectabaturq; uē-  
tura die collectio. Hinc est, quòd sæpe  
C 5 apud

apud Dionysium Communio appellatur, iuxta quod ait: At uero pontifex cū diuina munera laude profecutus fuerit, sacrosancta & augustissima mysteria cōficit, & quæ antelaudauerat, uenerādis operta atq; abdita signis in conspectum agat, diuinaq; munera reuerenter ostendens, ad sacram illorum Communionē & ipse conuertitur, & reliquos ut comunicent hortatur: sumpta demum atq; omnibus tradita communionē diuina, gratias referēs finem mysterijs imponit. Nec solum apud hunc, uerum etiā apud reliquos tum Orthodoxos tum Neotericos ferē omnes id fortitur nominis, eò quòd istud Sacramentum non tātum sit communis omnium credentium cibus, hoc est, par pauperi cum diuite, sed & quia designat, imò & ipsa re præstat unanimes communis Christianæ reipubl. consensum, prout copiosius infra docebimus, ut non immerito nec inscite apud Chrysostrum uocetur Sacramētum pacis. Ait quippe; Pacis enim sacramentum

mentum est hoc Sacramentum, inquisitioni pecuniarum & Symoniae non conuenit. Interim apud Eusebium in epistola Constantini nuncupatur signum communionis. Siquidem Constantinus Imperator Alexandro atque Ario presbyteris pro concordia scribens, Non, inquit, pro summo legis mandato apud uos occasio certaminis inflammata est, neque noua quaedam pro Dei religione Haereticis introducta, sed unam eandemque rationem habetis, sicut etiam unum communionis signum. Et amplius ibidem: Commune autem charitatis praecipuum Sacramentum & ueritatis fides & honor, circa Deum atque religionem legis apud uos incussae permaneat.

Nec sane minimum aut contemnendum huius sacramenti uocabulum est Missa, quod illi neque Papa neque Sophisticae tribuerunt, sed docta nascentis Ecclesiae disciplina, quemadmodum uideri est apud Ignatium discipulum plane Apostolicum, qui hoc Sacramentum aperte Missam

te Missam uocat scribens Smyrnenſibus:  
 Vbi Episcopus præſens fuerit, illuc &  
 plebs congregetur, ſicuti & ubi Chriſtus  
 eſt, omnis cœleſtis militia a deſt, tãquam  
 principi militiæ uirtutis domini, & ipſe  
 eſt diſpenſator totius intelligibilis natu-  
 re, propterea non licet ſine Episcopo ne-  
 que offerre neq; ſacrificium immolare,  
 neque Miſſas celebrare. Atqui hinc inua-  
 luit huius nominis uſus & penitus inole-  
 uit hominum memorijs, ut licet cernere  
 in Hiſtoria Tripart. in qua & eadem ad  
 eum modum legitur: Priorum principũ  
 tẽporibus Chriſti cultores, licet Sectarũ  
 diuerſitate differrent apud Paganos, ta-  
 men Chriſtiani eſſe patiebantur, & ſimi-  
 liter paſſionibus ſubiacebant, ac ſemet-  
 ipſos propter communes perſecutiones  
 examinare non poterant, & propterea  
 facile inter ſe conuenientes Miſſas cele-  
 brabant. Et ruruſ alibi: Dimittẽs, inquit  
 Conſtantius, eum (Macedonium pura)  
 Miſſas facere in Eccleſia ſolum, in qua  
 fuerat ordinatus, Origenes uocat, Sacri-  
 ficium

ficiū conuentus, in suis commentarijs super Iob. Sic namq; ait: Et Apostolus post hæc dicit: Probet seipsum homo, & sic de pane illo edat & de calice bibat, hoc est mundet seipsum, & sic de sanctissimis domini sacrificijs fruatur.

Quur iam quæso, si in ratione ac necessitate nos ex sola odiosa quadam iactantia ac φιλαυτίῃ damnabimus quod primi patres atq; nostri fratres (qui nos in omni pietatis studio heu multis parasan- gis præcurrerunt) intentione sancta atq; recto iudicio instituerunt, certisq; nominibus protulerunt? Haud sane ex seipsis omnia, sed ex eo potius qui in eis suas vires mirifice explicabat spiritus sanctus.

Est autem Missa uocula hebraica, quam nos latine Oblationem aut munus uocamus, quod sponte proprijs manibus defertur atque expenditur in ueros pietatis usus. Et inuenitur in Deuteronomio ubi Moses in festum Pentecostes diem uoluntarias oblatiões fieri iussit di-



sit dicens: *Missath Nidbath*, id est, oblationem spontaneam tuę, ut scriptura habet, manus, quam offeres iuxta benedictionem domini Dei tui, & epulaberis coram domino Deo tuo. Quo ex fonte Græci per omnes suę nationis Ecclesias deduxere suã λειτουργίαν, qua subinde uocula, etiam diuus Paulus ad alium sensum abutitur. Proprie autem λειτουργία eum nobis designat supremi numinis cultum, qui publicitus exhibetur, siue is fiat oblationibus, aut precationibus, siue scripturę sacrę pia declamatione aut sacris canciónibus. Vnde fit (siquidem & prophetarum scriptura idem ius nobis concedit, ut infra docebimus) ut latini Theologi passim hoc Sacramentum uocent Sacrificium, quod Græcis uerius sonat ἱεραουργία quàm λειτουργία. Quòd si iuxta etymon germane æque & catholice interpretari uolumus Sacrificium (ex cuius unius occasione tantus suppullulat hodie disputationum contentionumq; labyrinthus) plane aliud nihil innuit

innuit nisi sanctificationem, aut sacrum opus, unde & quibusdam officium sacrum uocatur, ab alijs simpliciter Actio. Porro oblatio suæ significationis rationem ostendit ex sui origine, hoc est offero, quemadmodum & oblatum. Verum non qui hoc Sacrificium uocant altaris Sacramentum, perspicuo satis argumento declarant uere esse quoddam Missæ donatiuum. Siquidem huius uoculæ Altaris, relatiuum est oblatio, ut quâdocumque altare dixeris, necesse sit, pariter significes & oblationem. Hinc enim & nomen habet apud Græcos, siquidem Thyfiasterium descendit à Thyfia, sicut Baptistarium à Baptismate.

Quam igitur stulte ac temere noster Sacramentaster hic faciat, quum undecimum Danielis caput aduersus Ecclesiæ *λετουσγίαρ* coacta interpretatione intorquet, aliorum esto iudicium. Sane Daniel ipse uaticinatur in isto ac proximo capite de Antiocho, quæ nimirum propheta plenissime iuxta literam iam multis retro tem

tro temporibus adimpleta est, uti ab un-  
de satis adstruit Machabæorum mirifica  
illa historia, sed & posthac implebitur in  
Antichristo, ut taceam cætera quæ quo-  
tidie coram in sitibundo illo Christiani  
sanguinis hoste Mahumeto uidemus  
impleri. Sane ipse Antiochus Rex sacrile-  
gus ac diuinæ religionis plane detestan-  
dus contemptor fuit; hoc est, talis qui  
sanctæ nihil, nihil recte senserit de Deo,  
in cuius subinde contemptum & suis is-  
dolis (quibus plurimi sacrificabat) con-  
stanter perniciosissimeq; adhæsit. Cuius  
subinde tyranni nefanda simulachra bis  
Daniel haud longa interiecta capedine  
Mauzim uocat. Mauzim autem iuxta  
nostram linguam fortes atq; potentes so-  
nat, sic dicti ex impostore Diabolo, qui  
inter sui imperij Tenebriones, potentissi-  
mus est, iuxta quam ratiocinationem &  
in Euangelio fortem eum uocat domi-  
nus. Alioqui hoc lōge potentior est do-  
minus noster, uiuus ac unicus rerum o-  
mnium author & moderator, ut merito  
solus

solus hoc nomine inuocetur ac nomine  
 tur : quemadmodum & David eum in-  
 terpellans atq; adorans ait, Tu Mauzi,  
 id est, Tu fortitudo mea es. Et paulo an-  
 te Zur Mauzi eum inuocat. Vel ideo cer-  
 te propheta sanctus gentium idola uo-  
 cat Mauzim, quod eorum ministri falso  
 crediderint sese ex eis omnem habere uir-  
 tutem, tutumq; uitae praesidium. In hunc  
 prophetae locum multa essent dicenda,  
 quae prudens praetereo: tantum illud ex  
 infano illo dogmatista quaero, qua tan-  
 dem ratione Propheta sanctus unquam  
 potuisset per Mauzim designare Mis-  
 sath: Contendit tamen & hoc ex omnige-  
 nae suae artis inscitia uel iuxta simplicem  
 literam adserere. Obsecro te, coniunge  
 haec duo uerba Missath & Mauzim, sup-  
 puta uel ad digitos crassam literarum se-  
 riem, maxime in hebraismo, & facile ani-  
 maduertes detestandam animi tui stulti-  
 tiam, qua toto erras caelo. Quin ut auda-  
 cter loquar, etiamnum si hic haberetur  
 Mazon & non Mauzim, tamen inanis  
D
esset

esset om̄is illa tua adfertio, & odio digna loquacitas. Ad quam subinde animaris ab ijs qui eum locum aduersus huius sancti Panis ueneratores atq; uere adoratores primo male intellexerunt, sed multo peius deinde tumultuanti popello interpretati sunt, quo similes haberent labra lactucas, & similis contingeret ouibus pastor. Certe quod si aliud nihil adducis contra Eucharistiæ ueritatem, nisi portento sum illud uertiginosumq; dogma ex suffuratis ijsq; non intellectis Danielis ænigmatis, posses merito obmutescere, & tuas, quod aiunt, proijcere ampullas sesquipedaliaq; uerba. Interea nos rē ipsam in nomine domini serio auspicabimur, & docili dominico gregi simplici eaq; catholica ueritate explicabimus, quam ob causam & in quem usum potissimum debeat huius sacrosancti Sacramenti potiri beneficio.

## A N N O T A T I O N E S.

*Corinthiam comes.) Corinthij passim olim ob nimium luxum male audiebant. Et erant etiam nū Pauli tem*

li tempore proclives ad delicias, uti ipse testatur 1. Cor. xi. Nam suis promiscuis nec minus exquisitis epulis prophanabant dominicam mēsam. Vnde Vvicius quasi adagij loco ponit Corinthiam comestationem, pro lauta & sumptuosa.

Agapas uocat. ) ἄγαπαι charitas, dilectio. Olim conuiuia quæ pauperibus refocillandis exhibebantur à Christianis eo uocabantur nomine.

Mediocrium. ) Hoc est pauperum. Nam olim ad suas mensas inuitabant Christiani pauperes argentes, & nudos. Hodie præpingues & commatiles nostris adhibemus cōuiujs, ne non suo iungatur Attabas; Numinio. Verū an hoc Euāgelicum sit, nescio, certe ipse Christus negat.

Etæreas. ) ἑταῖρία societas uocatur. Vnde apud Isocratē Nicocles ad populares inquit, ἑταῖρία μὴ ποιῆτε, μήτε συνόδους ἄνευ τῆς ἐμῆς γνώμης, id est, uidete ne sodalitates aut coitiones nisi me auctore faciatis. Hinc ἑταῖρεῶν, id est, societate ago.

Plinius secundus. ) Meminit & in eum modum huius Plinij Tertullianus in suo Apologetico ca. 2. ita scribens: Atqui inuenimus inquisitionem quoque in nos prohibitam. Plinius enim secundus cum prouinciam regeret, damnatis quibusdam Christianis, quibusdā gradu pulsus, ipsa tamē multitudine perturbatus, quid de cætero ageret, consuluit tunc Tra-

ianum Imperatorem allegans præter obstinationē non sacrificandi nihil aliud se de sacris eorum compertisse quàm cœtus antelucanos ad canendum Christo & Deo, & ad confœderādā disciplinam: homicidium, adulterium, fraudem, perfidiam & cætera scelera prohibentes. Tunc Traianus rescripsit, hoc genus inquirendos quidem non esse, oblatos uero puniri oportere. Hæc ille.

Pontius Paulinus. ) Extant & hodie huius Paulini quedam (præter alia) carmina de baptisate & Eucharistia in hunc modum.

Inde parens sacro ducit de fonte Sacerdos  
 Infantes niucos corpore, corde, habitu,  
 Circundatq; rudes uestis altaribus agnus,  
 Cura salutiferis imbuit ora cibus,  
 Hinc senior sociæ congaudet turba caterue.  
 Alleluia, nouis balat ouile choris.

Mysterio. )  $\mu\upsilon\sigma\acute{\iota}\omicron\upsilon\pi$  areanum dicitur, quod nõ perficitur nisi occulta aliqua sacrorū ratione, quod que nefas est uulgo efferre. Nam olim quicquid in mysterijs agebatur, sacerdotes summo silentio occultabant, unde etiam dicta uolunt quòd ea δὲ  $\mu\upsilon\sigma\tau\epsilon\rho\varsigma$  ἐνδ' οὐ, hoc est, occludere oportet intus, intus custodire, nec cuiquam prophano explicare. Quare & olim à sacris uulgus arcebatur, ut testis est Chrysost. Hom. 72. in Matth. Eleemosyna inquit  
 ens, my

ens, mysterium est, concludendæ igitur ianux sunt, ne quis aspiciat quæ uidere nefas est, &c. Atq; hi qui sic occultabāt mysteria μύσται dicebantur, hoc est mysteriorum periti, & initiati sacris alicuius numinis. Vnde & συμμύσται uocantur qui eisdem sacris sunt initiati. Vt Christianus Christiano, sacerdos sacerdoti, Monachus Monacho Symmystes est, unde Hieronymus Paulino scribens, Ad te ipsum, inquit, Symmysten sodalem meum.

Pro militari iuramento. ) Sacramentum est iusiurandum, cui interpositis sacris obligamur. Vnde & Sacramentum militare uocatur, quo (ut Erasmus inquit) qui fuissent soluti dicebantur exautorati. Nec pugnare fas erat nisi sacramento adactis, nec licebat exautoratis in aciem descendere. Et addit, Vide quantum religionis adhibebant Ethnici in re prophana & impia, cum Christiani passim nulla neq; si de neq; religione bello conflictentur. Porro forma iurisiurandi quæ dictabatur, extat apud Vegetium.

Eo, quod in eo cum Christo. ) Pulchre hic noster Vuicelius quadrat cum Paulo, qui ait: Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Siquidem non solum commori Christo, uerum etiam conspeliari, hoc ipsum est, quod in baptismo uouemus, abiurantes Sathanam cum suo mūdo, cūq; pompis & nequitijs illius.



φιλαυτία.) Id est sui ipsius amor. Est enim pestilētissimum morbi genus, cum aliquis ipse assentatur sibi, Quod Hieronymus sic latino sermone expressit, Nullus, inquit, se decipiat, Nemo blando adulatore se præcipitet.

Multis parasangis præcurrerunt.) Multis parasangis præcurrere, est alium in re quapiam longo interuallo præcedere, ut si quis dicat, Cicero multis parasangis præcurrit Quintilianum. Erat autem parasanga spatium triginta stadiorum.

λαειτουργία.) Proprie λειτουργία significat (si quis eam uocem ad scripturæ sacræ usum exigat) ministerium, non quoduis, sed sacerdotale & sacrū qualiter & Luca 1. eius fit usus Ἐγένετο, ὡς ἐπλάκωσάν τι ἡμέραι τῆ λειτουργίας αὐτοῦ, ἀπῆλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, id est, & factum ut impleti sunt dies officij eius, abiit in domū suam, Vbi Erasmus in Annotationibus inquit, λειτουργίας, id est, ministerij, quod tamen plerunq; de sacris ministerijs accipitur. Vnde & 8. cap. ad Heb. sic legitur, Ἰν ἁγίων λειτουργοῦς, &c. id est, sanctorum minister, ubi rursus Erasmo teste λειτουργοῦς non simpliciter ministrum sonat, sed proprie ministrum sacrorum, & qui officio fungatur sacerdotij pro alijs. Quanquam ipse non sum nescius, eā ipsam nonnunquam uocem pro quouis ministerio accipi.

Quemad-

Quemadmodum & in octavo Moraliū Nicomacheorum libro apud Aristotel. eius fit usus pro quo uis scilicet amicorum officio quod alter alteri prestat, Et in eodem etiam pro tali munere quod reipubl. gratia suscipitur & administratur. Vnde Vvicius hic asserit & Paulum aliquando ea dictione abusum esse in alium sensum, nimirum Rom. 13. (aut sicubi alias) ubi de reipubl. administratoribus loquens λατους γοι inquit, γαρ θεσ ειση, εις αυτα τδτο προσκαρτες εντες, id est, siquidem ministri dei sunt, in hoc ipsum incumbentes, Erasmo interpretete. Hinc λατους γιας λατους γερ est talia munera subire & administrare.

ιερους για.) Latine sacrificium dici potest ab ιερους γεω, id est, sacra celebros, & fungor administratione sacrorum.

Tantus suppul. content. labyrinthus.) Labyrinthus dicitur locus uiarum ambagibus inflexus, suntq; structura pro magna sui parte subterranea, ambagibus adeo implexa, ut nemo, qui intrasset, posse inde exire diceretur. A cuius similitudine & perplexas orationes siue disputationes, a quibus se non facile extricare potest humanum ingenium, uocamus labyrinthum.

Siquidem Thytiasterium.) θυσια, id est, sacrificiū, hostia, uictima, hinc θυσιας ηγειον, id est, altare.

Sacramentaster. ) Regula est apud Vallam, Nomina quæ ueniunt in aster imitationem potius quam diminutionem significare. Quod si uerum est, is nobis dicitur Sacramentaster, qui male aliorum hereticorum sequitur signemta & instituta, Quod etiam subinde indicat ipse Vuicelius, dum asserit & olim quosdam extitisse, qui Danielis prophetiam in contumeliam Christiani sacrificij intorserant, quorum imitator factus Cocus, etiam eadem somniarit cum cæteris.

Ab infano dogmatiste. ) Dogmatistes dicitur, qui leges & instituta præscribit.

Toto erras cælo. ) In eum qui uehementer errat. Videtur autem sumpta Metaphora ab equis Phæontis. Lege Ouid. in transformationibus lib. 2.

## CAPUT II.

**I**Nter uariam illam, nec minus acrem concertationem quæ certatim omnes, de huius sacrosanctæ Eucharistiæ ueritate, sub hoc tempore doctos anxie tenet, ingentibus cura mortalium pectora uersat, innoxium me hætenus ab omnium partium dogmatis seruauit & immunem. Et tamen

tamen, quo ego simul & ij qui nostro  
 uerbo suam committunt fidem, portum  
 aliquam cui tuto inter istas nutibundas  
 procellosasq; opiniões fidere possimus,  
 nancisceremur, ex certa animi sententiã  
 decreui, scripturarum, maxime nostri, id  
 est, Noui Testam. inuestigare decreta, si  
 quo modo fortassis in his crassius aperti  
 usq; explicetur, cur Ecclesia sancta Do-  
 minicam cœnam non solum celebret, ue-  
 rum etiam ob quam causam debeat cele-  
 brare. Et ecce oportune occurrit mihi in  
 Luca & Paulo quod uolebam. Apud  
 Lucam quidem hæc uerba: Hoc facite  
 in meam commemorationẽ. Apud Pau-  
 lum uero ista: Hoc facite in meam com-  
 memoracionem. Et iterum ibidem: Hoc  
 inquit, facite quotiẽscunq; bibitis in me-  
 am commemoracionem. Atq; iterum:  
 Quotiẽscunq; enim manducabitis pa-  
 nem hunc, & calicem bibetis, mortem  
 domini annunciabitis donec ueniat. Sa-  
 tis mihi fuerat si uel solum unus Euange-  
 lista testis accederet. Nũc uero quia idẽ

& Apostolus dicit, nec id quidē semel, sed iam tertio, clare, aperte, & distincte omnia, maiori animus fulcitur auctoritate, hincq; intendo huius Mysterij rationem reddere & demonstrare ueritatem omnibus qui placidis auribus & obuijs ulnis nostras libenter excipiunt disputationes.

Quanquam mihi igitur Euangelicę atq; Apostolicę scripturę (iam iam adductę) abunde fecerint satis, tamen cogor uel admirationis gratia diligentius percontari, an etiam Ecclesia Catholica in suis institutionibus atq; adeo doctoribus cum scripturis sacris (quę iam recitatae sunt) eadem pari cōsensu adfirmet, sentiat, deniq; & præcipiat. Et ecce respondent omnia uotis, & id quidem cum uoluptate summa. Quę enim maior potest esse uoluptas, quàm ubi collatis utriusq; partibus, Ecclesia atq; Scriptura sibi consonant? Quid iam obsecro de ijs decernemus, qui nec scripturis credunt, nec Ecclesię monitis obsequuntur? Vni  
co ac soli

co ac soli rerum testi fidere licet aut diffi-  
dere. Vbi autem duo testificantur, imò  
milia multa adsunt, qui ceu ex eodē ore  
loquuntur eadem, sentiunt eadem, non  
potes non esse perfrictæ frontis, si con-  
tra tot piorum hominū testimonia, per-  
gis tui capitis tueri sententiam.

Iam si quis est, cuius ingenium noua  
aliqua Septicipitis huius Sectæ persuasi-  
one ab unitate Ecclesiæ longius abdu-  
ctum est, et potest ante supremam uitæ  
metam sese ex hac impostorum turba ex-  
tricare, huic bona fide cōsuluerim, quo  
omnem sui cordis intentionē dedat æter-  
næ sapientiæ, summæq; dei ueritati, &  
hisce supra annotatis scripturę uerbis ue-  
luti clarissimo lumini totis incumbat ui-  
ribus, quę non secus atq; lucerna lucent  
in hoc caliginoso seculo, donec eluce-  
scat dies & oriatur uerus ille lucifer in  
cordibus omnium, ut habet Petri senten-  
tia. Huc iam adesto ô homo, & uende  
om̃ia si potes, si non potes proijce. Eme  
ueritatem, para diuini uerbi sapientiam,  
quæ

quæ tibi certum aliquem tramitem ostē  
 dat, quo properes ad Christum. Ea si-  
 quidem preciosior est cunctis opibus,  
 & omnia quæ desiderantur, non ualent  
 huic comparari, ut nobis testis est Solo-  
 mon. Atq; in hanc rem, en coram exhibi-  
 tui tuis oculis præceptum domini no-  
 stri æq; & magistri Christi Iesu, cui uniu-  
 uersi quotquot Christiana professione  
 censentur & gaudent q̄ fidelissime ob-  
 audire ex animo debent, quo & eius irā  
 famiam grassantem mitigent, & reconci-  
 lient gratiam. Nemo est qui non sollici-  
 te cum timore multo ac reuerentia Cæ-  
 saris uel alicuius terreni regis audiat edi-  
 cta: & solus Christianus populus saluta-  
 ribus Christi, sui authoris ac adsertoris,  
 iussis obluetabitur, nec animo recondet  
 huius præcepta: Sui, imò & nostri omni-  
 um patris de cœlo audita uox est: Hūc  
 audite. Superest igitur ut quod auctore  
 Deo faciendum cognouimus, mente hi-  
 lari & animo prōpto impleamus, istos-  
 que Pseudochristos ac impios Ecclesia-  
 stici or-

stici ordinis Zoilos cum suo stomacho religemus ad Gades aut si mauis Gyaros. Dubio procul qui nos iubet suum filium audire, faciet subinde ( siquidem in eius nomine petimus ) ut sint intendentes nostrae aures uoci sermonis eius nec ocludantur unquam coelesti doctori spiritu sancto.

Præceptum autem eius, id est, Christi, eiusmodi est: Hoc facite in meam cōmemorationem. Quibus sane ex uerbis omnis omnium quæstionum soluitur labyrinthus & tollitur anxius conscientiarū scrupulus, qui hactenus male habuit uniuersos, ita plane, ut quisquis uelit, leuetur omni nouorum dogmatum ambiguitate ac cōtrouersia, quæ hodie heu multis imponit, subc̄p̄ inani ueritatis spe lactat in iudicium æternæ mortis. Verū qui totus pendet ex Christo, eiusc̄p̄ uerbo fideliter credit, hic nec quæret, nec dubitabit de huius sacrosanctæ Eucharistiae usu, qui nobis tanta cum luce, eūc̄p̄ tam claro diuini uerbi testimonio  
 ē scriptus



è scripturis innotescit, traditurq; seruande  
 dus. Equidem uult Christus ut quic-  
 quid ipse fecit, nos similiter eius docti ex  
 emplo faciamus, quod & facimus non  
 iam ex nostropre ingenio, sed eius au-  
 thoritate, quandoquidem dixerit: Hoc  
 facite. Sed & quare facere debeamus, ape-  
 rit ipse, cum inquit, In meam commemo-  
 rationem. Atqui ni hanc sententiolam  
 adiunxisset, incertus erat futurus huius  
 Sacramenti usus, dum quisquis iuxta sui  
 ingenij placita præscriberet peculiarem  
 edendi rationem, quemadmodum solet  
 plerunq; usu uenire, ut callida hominũ  
 ingenia plus sibi uendicent, plus diffini-  
 ant, quàm admittit sobrius scripturarum  
 spiritus. Proinde iam iam Locutulei con-  
 ticescant & digito compescãt labellum,  
 utpote quibus Harpocratem (ut ita di-  
 cam) reddiderit Christus ipse, designã-  
 causam, ob quam potissimum à nobis sit  
 frequentanda cœna dominica. Esset sa-  
 ne execranda audacia & intolerabilis in-  
 stantia, si sanctius aliquid ibi tentet infi-  
 tuere ho-

tuere homo, ubi prior Institutor accesserit Deus.

Christus Iesus huius Sacramenti author, uult suum Mysterium ita seruari & percipi, uti decet & par est tali authori. Quis iam audeat præscriptam metam transgredi? Aut quis ausit contemnere & noui usus author haberi? Imò quis uelit libenter noua fingere, quæ uel ex Diabolo pugnans cum Christi decretis, & alienum sapiunt dogma? Haud Christianum oportet esse hunc, sed insignem hæreticum, qui subeat tanti criminis facinus. Sufficit discipulo parem se esse suo magistro, ut eadem cum suo magistro sentiat. Quòd si hic noster magister, qui est Christus Iesus, sanctius aliquod in huius Sacramenti præceptione, institutum sciuisset, aut sanio rem formam, & magis nostræ salutis profuturam, comperitam habuisset, haud dubium quin suos edocuisset. Quapropter nos recto animo ac plena fide heremus uerbo dei, docentes ac testificantes, quòd Christiana hæc

na hæc Eucharistia ( uel si mauis Missa  
 siue Sacramentum ) solum instituta sit  
 in commemorationem mortis Christi,  
 solumq; seruari debeat in commemora-  
 tionem mortis Christi, deniq; & percipi  
 in memoriam dominicæ mortis. Ita uult  
 ipse Christus, ita iubet, ita contestatus est  
 inquiēs: Hoc facite in meam commemo-  
 rationem. Quod idem est ac si aperte di-  
 cat: Filioli mei, dudum præterijt plenitudo  
 illa temporis, sub qua à patre exiens,  
 ueni in hunc mundum, nunc contra in-  
 stat hora, ut uicissim ex hoc mundo trās-  
 eam ad patrem. Quod ut fiat, necessum  
 est prius clarificer, hoc est innotescā per  
 uniuersam terrarum orbem, idq; contin-  
 get per meam mortem atque discessum.  
 Est ne iam ( perpendite quæso filij ) res  
 miratu digna, quòd oporteat Dei filium  
 mori, quo possit homo cum semel mor-  
 tuus corpore fuerit, anima reuiuiscere  
 ad uitam. Ad hæc, mea mors ac futura re-  
 surrectio, est communis huius mundi re-  
 demptio, & certa reparatio illius, primi  
 parenti

parentis nostri Adam, lapsus. Quare cū  
semel mihi moriēdum sit, non amplius,  
& hæc ipsa mea mors tanti futura est, ec  
ce huius rei gratia desiderio desideravi  
hoc pascha manducare uobiscum, ante  
quam patiar mille illa atq; miranda meæ  
Passionis obprobria. Sed ante hæc omnia  
uobis atq; posteris mei memoriam relin  
quam, quæ deinde in hunc quem iam cō  
ram cernitis modum, edendo ac bibendo  
celebrabitur per uniuersum mundū.  
Et quia res ipsa agitur periculo Corpo  
ris atq; Sanguinis mei, debetis & uos me  
um corpus & sanguinem in uerum ci  
bum sumere, hoc ipsum planē quod iā  
præsens sum ipse, quodq; iam meis ma  
nibus uobis porrigo, quo mei studiosi  
us memineritis cum à uobis sublatus fu  
ero ascensurus in cœlum. Poteram equi  
dem uel alia ratione mei memoriam ho  
minū pectoribus infigere, sed hic cibus  
efficacissimus erit stimulus ad innouan  
dam atq; excitandam in uobis, & apud  
uos mei commemorationem, quoties  
E eum

cum cibum legitime sumitis & calicem  
digne bibitis. Quo etiam cibo, id quod  
perierat ego quæro ac inuenio, inuen-  
tumq; sub mea cura seruo, ne relabatur  
in pristinae seruitutis tyrannidem. Et hoc  
facietis in mei memoriam, nõ certo quo  
dam annorum curriculo, quin (quem  
admodum ex meo posthac spiritu insti-  
tuetur ac confirmabitur) omni huius se-  
culi tempore, dum (ut ille ait) terra cœlũ  
media libratum feret, & nitidus certas  
mũdus euoluet uices, numerusq; arenis  
deerit, & solem dies noctemq; sequen-  
tur astra. Tam diu inquam, donec redie-  
ro ipse, & cum uosipsi me redeuntem  
uidebitis in maiestate multa, cum ange-  
lis meis, ad iudicandam uniuersam car-  
nem, hoc est, uiuos & mortuos. Proin-  
de tam salutare uirtutis facinus, quod  
seruando orbi impendit filius Dei, tan-  
tus inquam, ac talis conflictus, triũphus  
ac gloria, deniq; tot & tanta egregia di-  
uinæ erga nos charitatis pignora, quæ fa-  
tile excedunt omnes omĩum hominum  
mentes,

mentes, indigna erunt æterna memoria:  
 Si temporalis illa Israeliticæ gentis ab  
 Aegyptiaca seruitute adsertio digna me-  
 moria fuit, sicut scriptum est: In eadem  
 ipsa die ducam exercitum uestrum de  
 terra Aegypti, custodietis diem istum  
 in generationes uestras ritu perpetuo,  
 Et si dignum memoria fuit quòd Arcæ  
 domini cesserint Iordanis fluentia, reiçp  
 miraculum duodecim signaretur lapidi-  
 bus, ne excideret Iudæorum mentibus,  
 Deniçp si dignum memoria erat, quòd  
 Maria effuderit unguenta preciosa in ca-  
 put recumbentis Domini, quomodo  
 nos commitemus, ut huius tã insignis  
 facti memoria, quod nobis redimendis  
 exhibuit ipse Deus, aut contemptu abo-  
 lescat, aut intermoriatur obliuione, &  
 non magis assidue meminerimus præsti-  
 ti beneficij, quo nostri sese animi erigant  
 in spem certam, firmamçp fidutiam con-  
 sequendæ hæreditatis æternæ, gauden-  
 tes subinde & exultantes quòd nomina  
 nostra scripta sint in cœlis: Olim oportet  
 E 2 bat res

bat relinqui signum ac certum quoddam  
indiciū excidij congregatiōis Chore,  
prout legimus in Numeris: Locutus est  
Dominus ad Mosen dicens: Præcipe E-  
leazaro filio Aaron sacerdoti, ut tollat  
thuribula, quæ iacent in incendio, pro-  
ducaturq; ea in laminas & affigat altari, eo  
quod oblatum sit in eis incensum domi-  
no, & sanctificata sint, ut cernant ea pro  
signo & monumento filij Israel: & miri-  
fica illa humani generis adfertio atq; re-  
paratio nullam sui fortietur in Ecclesia  
memoriam: nullum sui relinquet uestigi-  
um, quod labiles hominum mentes com-  
monefaciat sui redemptoris ac uindictis  
Christi: Erexerat Absolon sibi titulum  
cum adhuc uiueret in ualle Regis, dicēs:  
Non habeo filium, & hoc erit monumē-  
tum nominis mei, cuius tamen memoria  
haudquaquam in benedictione est, Et  
Christus uerus ille Absalon, id est, pa-  
ter pacis aut Sarfalom ( quemadmodū  
eum uocat Esaias ) hoc est princeps pa-  
cis nullam habebit sui nominis memori-  
am: Ve

am: Vetus illa Synagoga iubetur in monumentū, panes oblationis ponere post singula Sabbata, futuros in cibum Aaron & eius filijs, & sola Ecclesia præter simplicem panē nihil habebit amplius, nihil sanctius possidebit: panē inquam, sed quem Sanctus Paulus domini panē uocat, qui est eius corpus, & hoc in commemorationem. Quemadmodum autē in Luca atq; Paulo hæc uocula *ἀνάμνησις* ponitur, ita sane & eādē reperies in Leuitico ca. 24. si Græcorum uoluminum fidem consulas. Sed de his copiosius alibi. Solebat olim mundus maxime in Aegypto in monumentum futuræ famæ erigere atq; construere egregia Mausœola, Cœnothaphia, altas Pyramides, ingentesq; Colossos, ac id genus reliqua deliciarum. Sed & Romanorum Satraparū nullus ferè fuit, sicut & inter ipsos uulgaris ciues pauci, qui non sui nominis memoriam certo quodam symbolo posteritati commendaret, hic æneis incisis columnis, iste imagine sculpta & formata



cæra, ille Græcanicis antiqua repetitis ab origine Epitaphijs, & id genus similibus quibus testabantur se uixisse. Nam etsi exploratissimum habebant se unà cū cæteris morituros aliquādo, tamen quia hominum memoria, cito post fata quiescit, talibus utcunq; consilijs occurrerēt necessitati, quo & absentes innotescerēt posteris, & sua fortia facta commendarent sequacibus, hocq; consilio ingenue testarentur se haudquaquam, ut Poëta inquit, numerum fuisse aut natos tātum consumere fruges. Et tamen hæc domino collata monumento quanta sunt. Istorum Colossi temporum uetustate interciderunt, sublataq; est eorum memoria & computruit ut stercora. Huius autem domini nostri, qui Rex regum est, & Dominus dominantium, hucusq; firma ceu aenea atq; marmorea turris, per manet memoriale in generatione & generationem, haud uno in loco, sed per omnes terrarum angulos, renouaturq; de die in diem in multa gloria, atq; perpetuis

petuis cœlestium laudum hymnis. Quã  
 to em̄ huius nostri Regis uirtus præcellit  
 angelorum simul & hominum facta, tan  
 to & sanctior eius memoria erit nobis  
 in eum credentibus, promptissimis æter  
 nę suę maiestatis ac uoluntatis ministris.  
 Iam autem haud ludicra res est, Christi  
 commemoratio. Si enim res foret leuis,  
 uti hodie obganniunt nonnulli, nequa  
 quam tanto cum studio, repetitaq; uice  
 præcepisset seruari eandem. Et si iã Chri  
 sti præceptum leue censes, sit proinde &  
 eius memoria inanis. Verum tũne pu  
 ras mortem Christi semel pro nobis fa  
 ctam haud esse satis dignam, in cuius cõ  
 memorationem Sacramentum seruetur  
 in Ecclesia? Sed inquires: Atqui ipsum  
 Sacramentum oportuit esse efficacius,  
 operariq; maiora. Respondeo: Tũne uo  
 nus prudentior es Christo? Aut es ipse  
 Christus? Tantũ'ne tibi iuris uēdicas ut  
 ausis Christi uerbis tuos assuere pan  
 nos? Tibi soli nequit satisfacere Chri  
 stus, suis iussis, qui hætenus tot milibus

animarum in sua Ecclesia affatim satisfecit, quicquid tot hominum milia hoc modo aluit in iustum robur sui spiritus? Quid amplius petis? Quid potes maius aut efficacius ex hoc Sacramento decernere, quam tuus tibi (si modo tuus est) statuerit Christus, & aperte tradunt Apostolice? Dubio procul ingenia operatur, quem admodum supra nostri patres salubriter docuerunt; sed interim haud unquam minaci illo tuorum uerborum fulmine, mihi loce, nobis persuadebis noua tua figmenta, etiamnum si Sessitet in labris Suada diserta tuis. Quis enim compellet nos repudiare certa Christi uerba, & incertis Pseudochristi hærere opiniõibus? Inconstantium hominum ea peruersa opinio est, quasi huius mādati uerba impotentiora sint, quam ut sufficiant in talem huius Sacramenti usum. Sane cito proferuntur, sed frāge nucem, erue nucleum, & eam sub dura cortice comperies spiritus energiam, cui pares non sint futurae omnes tui ingenij uires. Atque iam libet alia

bet aliquod periculū facere huius ener-  
 giæ. Vos dicitis: Debet unusquisq; Chri-  
 stianus iuxta suarum uirium modulum  
 semper & ubique meminisse amaræ  
 mortis C H R I S T I . Hoc quidem  
 esse uerum & probe dictum nemo est  
 qui ambigat. Et tamen extra communē  
 hunc pietatis cultum, multo plus homo  
 operæ impendere debet euoluēdæ mor-  
 ti Christi sub huius Eucharistiæ præsen-  
 tia, siue huic participet ipse, siue alius  
 quispiam. Neq; enim leuiter urget Chri-  
 sti uerbum: Hoc facite in mei commē-  
 morationem. Inprimis igitur scias, eam  
 ipsam commemorationem, quam hic et  
 apud Paulum iubet fieri Dominus, non  
 tantum abditis animorum secretis con-  
 stare, uerum etiam uocalibus (ut ita dixe-  
 rim) uocum actis cæterisq; moribus, ita  
 omnino, ut omnia membra nostra in hu-  
 ius Sacramenti reuerentiā honesta qua-  
 dam sollicitudine ac salutari morum cō-  
 positione sese ornent & excolant. Hinc  
 ipse Paulus super hanc uoculam ( com-  
 E 5 memo

memorationem ) quodammodo commemoratur dicens: Mortem Domini annuntiatibus, non parum hoc commentariolo adferens lucis & adiumenti studio suo auditori. Tãdem quomodo, inquit, hoc faciemus in sui, hoc est, suæ mortis commemorationem? Hoc te palam edocet Ecclesia miro quodam ordine, nec minus varijs ceremonijs, in omnibus ijs quæ in hoc mysterio uel opere peraguntur, uel deprehenduntur oculis, aut percipiuntur auditu. Hæc enim omnia certa habent specimina ac pia quædam uestrigia dominicæ passiois, mortisq; Christi. Nihil enim hic eorum intermissum est quæ in tui authoris atq; Seruatoris cedunt monumentum & gloriam. Et quare tam accurate omnia? Nimirum quod salutaris illa passio & mors longe omnium ad nostræ salutis incrementa fertilissima duris nostris æque & pigris præcordijs penitus infigatur, totaq; illa dominicæ crucis series in nostris pectoribus quotidiano quodam piæ meditationis penso

penso supputetur, ac demum abeat in mores. Quamobrem cum percipis ipse huius sacrosanctæ Eucharistiæ munus, aut ades percipientibus, ut subinde & tu istud uel spiritu excipias, omnem tuum intellectum redige in obsequium Christi, cõpone omnes cogitatus tuos, eosq; sursum tolle ab omni procul mundanarum rerum cura, inuisq; saltem tuo spiritu Golgathæ locum, ubi pro te Deus ac Dominus tuus suffixus est cruci & sustinuit mortem. Hic iam aperi oculos tui cordis, tacitoq; pectoris studio percipe & mente reuolue uniuersos illos cruciatus, quos illi maledicti Iudæi pariter & impij Gentiles secundum præfinitum consilium ac præscientiam Dei ferocissime impegerunt. Primo omnium ueniat in mentem incomparabilis illa erga nos æterni patris charitas, quæ huc eum cõpult, ut daret filium suum unigenitum pro redemptione mûdi. Non quasi nos dilexerimus eum, sed quia ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro

nem pro peccatis nostris, ut inquit Ioannes. Vnde & Paulus testatur, quòd commēdet charitatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, hoc est, cum secundum gentilitiā labem essemus inimici, pro nobis mortuus est Christus. Atqui hanc dilectionis dignationem castissimus ille ac plane innocens agnus suis humeris nobis nihil adhuc pro meritis aduexit è cœlis, iuxta quod Petrus ait: Benedictus Deus et pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnam, regenerauit nos in spem uiuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem & incontaminatam & immarcessibilem conseruatam in cœlis. Quin & idem hostia pro nobis factus est in odorem (iuxta Pauli sententiam) suauitatis, per quam ex ira recepti sumus in gratiam, quo peccata deinceps non imputentur nobis. Denique per huius agni atq; immaculatæ hostiæ merita facti sumus tum filij Dei, tum coheredes

hæredes, uti abũde satis testatur Paulus,  
 scribens Corinthijs, ac dicens: Quoniã  
 quidem Deus erat in Christo, mundum  
 reconcilians sibi, non reputans illis deli-  
 cta ipsorum, sed posuit in nobis uerbũ  
 reconciliatiõis. Et Romanis, Quod, in-  
 quiens, impossibile erat legi, in quo infir-  
 mabatur per carnem, Deus filium suum  
 mittens in similitudinem carnis peccati,  
 & de peccato damnauit peccatum in car-  
 ne, ut iustificatio legis impleretur in no-  
 bis, qui non secundum carnem ambula-  
 mus, sed secundum spiritum. Deinde, ue-  
 niat in mentẽ, prõpta illa filij obedientia  
 in qua bibit hunc passionis calicẽ, ad  
 multorum exhaurienda peccata, iuxta  
 quod ipse apud Matthæum ait: Hic est  
 sanguis meus qui pro multis effunde-  
 tur in remissionem peccatorum, iuxta  
 quod & Paulus Philip. scribẽs, Qui cũ,  
 inquit, in forma Dei esset, non rapi. &c.  
 Veniat, inquam, in mentem & eximia e-  
 ius erga hominum genus dilectio, qua  
 aliam nemo potest habere maiorẽ, quẽ  
 admodum



admodum testatur ipse dicens: Maiorē hac dilectionem nemo habet, quā ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et Paulus Galathis scribens, Gratia, inquit, uobis & pax à Deo patre nostro & Dño Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris, ut eriperet nos de præsentī seculo nequam.

Præterea meminisse par est, quemadmodum is ipse filius, tui causa uermis et nō homo, opprobrium & abiectio plebis factus sit, & quemadmodū effossa manus atque pedes, deniq; numerata omnia eius corporis ossa. Recordare quomodo illi in ara crucis neq; species neq; decor, sed nec aspectus fuit ullus. Conlidera despectum & nouissimum uirorū, qui suum corpus dedit percutientibus, & genas suas uellentibus. Memorare sanguinei illius sudoris, & palpiātis animæ in montæ oliuarum. Ad hæc cogita quā sit insidiosè traditus, quā nequiter captus, quā ferociter ligatus, quā cōtumeliosè circumquaq; ductus, quā falso ac

falso accusatus, quàm malitiose laqueo  
constrictus, quàm irrisus turpiter, quàm  
crudeliter uirgis cæsus, quàm indigne co-  
rona spinea, purpura, arundineoq; bacu-  
lo delusus, quàm inique addictus morti,  
quàm male suffixus cruci, quàm impro-  
be cum iniquis deputatus, quàm misere  
derelictus, quàm deniq; innocenter con-  
fixus lancea, & demum sepulturæ tradi-  
tus, iuxta Euangelistarum fidem. Et qua-  
re hæc, & tam multa? Sane propter nos  
homines & propter nostram salutem.  
Quarto, Recordare quemadmodum  
olim perpetuæ morti obnoxius & per-  
ditionis filius, nunc per mortem Christi  
adsertus sis in uitam. Memêto quòd per  
hanc mortem ubi sublata sit mors gehē-  
næ, & naturæ mors cōmutata in somnū.  
Quid multa? Plane impleuit quod ali-  
quando ipse per prophetam futurū præ-  
dixerat. Ero mors tua ô mors, morsus tu-  
us ero inferne. Subeat mētem tuam per-  
petuus ille æternæ mortis cruciatus, ignis  
ille inextinguibilis & uermis nunquam  
moriturus,

moriturus, qui paratus est ihs, in quibus nihil sui habet mors Christi, hoc est, pro quibus frustra effusus uidetur sanguis Christi. Cogita magnitudinem huius hostiæ. Equidē Christus uerus ille Aaron & unicus noui Testamenti mediator, nō aliam creaturam, sed semetipsum obtulit pro nobis, idem Sacrificium, sacerdos & hostia factus. Cogita quòd in ipso Christo, hoc est, per eius mortem æternus pater sibi pacificarit ac reconciliarit mundum uniuersum, perq̃ hanc mortem inter Deum & hominem æterna pax & summa concordia cōfirmata sit & rata. Reminiscere quomodo per hanc mortem de iniqua peccati seruitute ac Sathane imperio nobis triūphatum sit insigniter, nimirum quia per eam omne quod ad eternā salutem, ueram uitam ac cœlestia gaudia spectat, confectum est atque impletum copiosissime. Et quo huius mortis memoria uiuacius atq̃ efficacius tuo inhæreat pectori, meminisse cōuenit quantum quoq̃ intercesserit temporis, ex quo

ex quo pro te mortem subiit tuus atque  
 omnium autor & Seruator Christus.  
 Quin & ipsa loca supputa, in quibus  
 mortuus est. Cogita eius ætatis florem,  
 perpende discipulorum fugam, atque  
 sanctissimæ matris extremam tristitiam.  
 Veniat in mentem Iudæorum execran-  
 da uasania. Memineris summæ futuræ  
 eius mortis angustia, flebilemque uitæ di-  
 scessum, & hæc quidem omnia tui causa  
 suscepta atque sponte perpessa. Quid in-  
 ter hæc suspiras? quid stulte moeres? Poti-  
 us gaude & letare ex huius mortis com-  
 memoracione, propter eos qui per hanc  
 assequuntur promissam uitæ heredita-  
 tem. Aut uicissim luge, propter eos qui-  
 bus ea mors ad ruinam æternæque mor-  
 tis cumulum cessit infelicitè, aut in qui-  
 bus ista redemptio, promissio ac opti-  
 mum Euangelion benedicti seminis A-  
 brahæ, nihil profecit ad salutem, nihilque  
 gratiarum actiõis attulit in gloriam Dei.  
 Subinde mirare mirificam & salutarem  
 sanctarum scripturarum cõsonantiam.

F

Siquis

Siquidē nihil passus sit Christus, quod non ante multis retro temporibus predictum sit & per Prophetas fidelissime ita tunc, uel ad sepulturam usque, quā tamen & Sanctus Paulus ex scripturis manifestatam asserit loquēs Corinthijs: Tradidi uobis in primis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum scripturas. Et id fortassis & Esaia, apud quem sic legis: Erit sepulchrum eius gloriosum. Rursumq;: Erit dabit impios pro sepultura & diuites pro morte sua. Extra hæc enim nescio si quid certius comperies aut leges. Atqui eiusmodi commemorationis est, & dicitur istuc Sacramentum, ut totam mentem tuam talis cogitatio possideat, taleq; occupet pectora studium.

Quinto occurrat Christi innocentia, in cuius mortem nulla unquam iniuncta est dati damni aut commissi sceleris actio, sicut testatur ipse iudex Pilatus. Quid

Quid em̄ peccauit hic agniculus? quid  
commeruit? Et tamen iste innocens ea  
passus est, quæ nos male nocentes pati  
cōueniebat. Peccatum pro nobis factus  
est, qui solus cum sciret omnia, peccatū  
ignorauit. Factus est inter blasphema  
Iudeorum ora maledictum (maledictus  
enim qui pendet in cruce) cui ante mun-  
di constitutionem unice benedixerat do-  
minus, & in quo benedicuntur omnes  
tribus terræ. Cur non miraris? cur non  
obstupescis? cur non & meam linguam  
orationemq̄ comprimit sistitq̄ admi-  
ratio mentis? En primogenitus ante om-  
nem creaturam suffixus est cruci. En  
omnis uitæ autor, mortem passus est, ô  
consilia dei, ô arcana cœlorum, ô altitu-  
dinem diuitiarum sapientiæ ac scientiæ  
dei, quàm incomprehensibilia ista,  
quàm ineffabilia? Hic crede, Hic fide,  
Hic exulta in spiritu sancto, Hic mētem  
leua in cœlos, & pronus procumbe in  
terram adorans salutare illud Dei & ho-  
minum, **Hominem inquam, Christum**  
F 2 Iesum.

Iesum. Non potero non mirari, si ex tam salutifera commemoratione non ignescat, non inardescat ac deperiat homo amore totus. Et cui tam præfracta præcordia, etiam si uel Hircanæ admorunt ubera tigres, qui non totus ceu carali quescens, soluatur, quum in illam supremam noctem animum intendit: Ista commemoratio, eam planè in nostris pectoribus excitat charitatis flammã, nequeat ante sedari, quàm sic diligamus Christum, sicut ipse dilexit nos, Hoc est, quantum par est humanæ naturæ. Hæc inquam commemoratio (si modo ex animo proficiscatur) certam adfert deploratis animis consolationem, spem firmam credentibus, ac denicq; omnem huius mundi metum, spiritaliumq; nequitiarum terribilia procule semouet e piorum hominum cordibus. Postremo etiam ab omni terrenarum cupiditatum nos eleuat strepitu, atq; suffigit cruci domini nostri, patuloq; CHRISTI adglutinat lateri, exhibens coram ipsa uulnere &

nera & offerens osculanda, ac demum tam modis omnibus efficit nobis iucundum Christum, tam reddit suauem, tam charum, tam amabilem atq; gratum, ut si mihi linguæ centum oratq; centum, omnia non possem percurrere nomina rerum.

Habet subinde & hoc commodi in se istud præceptum, ut facile nostræ memoriæ suggerat omnem dominicę mortis seriem. Nam cum per Paulum dicat, quod per huius Sacramenti frequentationem suam debeamus annunciare mortem, ultro offert studiosis animis quærēdi ansam, cur ipse mortem subierit, cum sine peccato esset, iuxta quod apud Ioan nē ait: Quis ex uobis arguet me de peccato, nec fuerit inuentus in ore suo ullus dolus, ut ait Petrus, Et testatur Ioannes inquiring: Scitis quia ille apparuit, ut peccata tolleret, & peccatum in eo non est. Quid igitur? Nimirum necesse est nudi hic prodeant Adam & Eua, & absque uerecundiæ inuolucris foliorumq; integumen.



gumentis sui admittant contemplationem. Quomodo? Sanè ut agnoscant se reos præuaricationis, & publicè fateantur, quòd sua inobedientia subegerit Christum cruci, quemadmodum & scriptura ait: Propter peccata populi mei percussit eum. Item: Multorum peccata ipse tulit. Rursum: Ipse iniquitates eorum portabit. Et iterum: Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Atque etiam: Tradidit animam suam in mortem. Proinde sub hac taliq; rationatione, te ipsum ô Christiane quantus es, totum iusta trutina examinabis, horumq; numero te adscribes, pro quorum abolenda iniquitate oportebat Dei filium morte turpissima occidi foris Hierusalem. Cõpone omnes animæ tuæ sensus, eosque redige in obsequium Dei, ut iam iam paratus sis priorem iniustitiam cõfiteri Domino, & detestari commissa, ut fias novus homo in Christo. Videtur ne iam tibi perditissima peccati conditio, & execranda iniquitatum necessitas, quarum tollenda

tollendarum causa necessum erat talem fieri mortem quæ nec similem uisa est nec habere sequentem? Hinc agnosce, quanti Deo Opt. Max. constiterit peccati abolitio, simulatq; cogita, quidnam nos sumus, quibus redimendis necesse erat impendi ac tradi Deum. Quid autem sumus nos? Quales nos reputas? Certe tales, qui etiã indigni pro quibus uel infimus hominatio debeat mori. Quid est Deus? O! Summum bonum. Cur non tundis tuum pectus Christiane, & caput inclinans huic nomini? Hic quæso paululum perpende, quàm sibi Deus scilicet placeat in his, qui audacius peccant, potesteaquam semel per Christum eius filium adferti sunt in libertatem. Sed & intellige, quanto scilicet gaudio futuri sint Deo, qui huius mortis fiducia peccant. Quin potius audiãt, quia iste agnus dei tollat peccata mundi, non augeat scelerum sentinam. Vt autem paucis finiam, in ea ipsa commemoratione omnia cum confecta tum infecta peccata longe tibi graui

bi grauiora ac turpiora comparebunt q̄  
 ut libeat ad ea redire post idoneam de-  
 testationem. Atqui aduersus quamcūq̄  
 peccati contagionem, nullum præsentis  
 us pharmacum reperies, nullum senties  
 efficacius antidotum, quàm assiduam  
 huius contemplationis studium, quod  
 ex præcepto Christi per sui commemo-  
 rationem in Eucharistia perichitanti occu-  
 rrit fratri, iubetq̄ fidere futuro præsi-  
 dio sp̄s. Neq̄ enim hoc uerbum quo  
 dictum est, effundetur in remissionem  
 peccatorum, nos solum consolatur ob  
 remissionem, quam uere contritis con-  
 fert Catholica Ecclesia, sed & serio ad-  
 monebit, ut diligenter nobis caueamus  
 à peccati illecebris, contraq̄ has prom-  
 pto spiritu infractoque animo dimice-  
 mus. Mihi crede, haud unquam Diabo-  
 lo omnis peccati auctori consensum præ-  
 stabis, si cum tali detestatiōe odioq̄ pec-  
 cati, domum repetis ex Missarum so-  
 lennijs.

Tantum dixisse sufficiat nobis de hu-  
 ius Sa

ius Sacramenti usu, Hoc unū interim pe-  
 tentes, ut quotquot huius Eucharistiæ  
 sancta munera percipiunt, aut ab alijs su-  
 mi conspiciunt, hæc Christi uerba ante  
 diligenter mente reuoluant, memoria re-  
 petant, ac demum opere exerceant, Hoc  
 facite in meam commemoratiōem. Sed  
 & diui Pauli: Quoties manducabitis pa-  
 nem hunc, mortem Domini annūtiabi-  
 tis. Quæ nimirum annuntiatio ex æquo  
 omnibus conuenire potest, dum quisq;  
 aut apud semetipsum aut apud fratrem  
 suum repetit, quàm sponte sustinuerit  
 mortem Christus, idq; qua ex causa, &  
 in quorum salutem, &c. Qua etiam rati-  
 one uel nuda dominicæ mortis imago  
 quotidie innouat in nostris mētibus hu-  
 ius mortis commemorationem, quem-  
 admodum & aliæ tū sacrae illius Parasce-  
 ues, tum aliarum Veneris dierum cere-  
 moniæ, quæ aperte nobis suggerunt hu-  
 ius mortis memoriam. Quanquam &  
 in ipsa Missa siue Eucharistia, ipsum do-  
 mini corpus ac sanguis præsto est

utrūque uisibile, & solum credenti com-  
prehensibile, Hoc inquam corpus, quod  
suffixum fuit cruci, & pro nobis traditū  
in mortem, Lu. 22. et is ipse sanguis, qui  
ex eodem corpore profluens effusus fu-  
it in remissionem peccatorum nostrorum.

Quæ sanè omnium sacratissima præ-  
sentia nostra pectora uehementer in huius  
morsis memoriam accedit, instigat  
que ad redamandum eum, qui sic prior  
adamarat nos. Et hæc commemoratio  
æstimatione sui & pondere, tantum ex-  
cedit omnes alias pietatis memorias, quā-  
tum Christus ipse sua autoritate uincit  
omnem creaturæ ordinem. Atqui in ta-  
lem commemorationem institutum est  
hoc Sacramentum, ita ut audacter iuxta  
ueritatis adamussim tuo proximo respō-  
dere possis. Sacramentum altaris nihil ali-  
ud est, quàm insignis quædam memo-  
ria, ac egregium monumentum mortis  
Christi Iesu, Hoc est, efficax quoddam  
æternæ salutis indicium, certusq; perpe-  
tuæ uitæ index, quæ solis credentibus ac-  
pic in

pie in Christo uiuentibus, per hanc mortem parta est & impetrata à patre. Cuius nimirum mortis commemoratio nunquam abolefcet, nunquam intermoriatur, nunquam cessabit. At malorum hominum memoriam cito ex hominibus tollet Deus: & contrà, iustorum memoria permanet in gloria & benedictiõe, sicut & Domini memoria perseverat, qui est uerus ille Iofias, hoc est, Seruator, cuius memoria in compositione odoris facta in omni ore, quasi mel indulcatur.

Haftenus ipsum supremum scripturae spiritum, omnem nobis loquentem ueritatem audiuius, nunc ipsi Orthodoxi patres accedent testes, quòd haud alia ratione hoc ipso Sacramento usa sit Ecclesia Christi, quàm iuxta primae institutionis exemplar, uti & infra probabimus, cap. 8. modo Deus cœpta secundet. Sanctus Dionysius de Cœles. Hier. cap. 3. aperte dicit inibi sacram memoriã peragi. Eius uerba hæc sunt (neq; enim certiora comperio) Neq; enim fas est ijs  
qui sc

qui sacra mysteria tradunt, siue qui illa  
 percipiunt, operari prorsus aliquid, nisi  
 quod officij sui diuina sanxit institutio.  
 Idem de Ecclesiastica Hier. sic ait: Enim-  
 uero diuina ista imitatio quomodo no-  
 bis aliter obueniat, nisi memoria tam ex-  
 cellentium beneficiorum Dei iugiter in-  
 nouetur sacerdotalibus prædicationi-  
 bus atq; mysterijs? Hoc enim facimus,  
 ut sacra eloquia admonent, in eius com-  
 memorationem. Et paulo post: Quocir-  
 ca, inquit, reuerenter simul & ex Pontifi-  
 cali officio Antistes post sacras diuino-  
 rum operum laudes, quòd hostiam sa-  
 lutarem ( quæ supra ipsum est ) litet,  
 se excusat, ad ipsum primo decenter ex-  
 clamans: Tu dixisti: Hoc facite in meam  
 commemorationem, Deinde tanto mi-  
 nisterio ad imitationem Dei instituto di-  
 gnus fieri postulat, & similis ipsi Christo  
 pro uiribus euadere, ut & Sacramenta san-  
 ctè cõficiat, & castè distribuatur. Post huc  
 & sanctus Cyprianus scribit: Celebran-  
 tes inquit Sacramenta, cõmonemur  
 quasi

quasi unguam findens & ruminans pe-  
 cus, reuocare ad fauces, & minutatim cō-  
 molere Dominicæ institutionis exem-  
 plum, ut semper passio sit in memoria,  
 nec terreāt crucifixi hæredes mortis sup-  
 plicia, sed pascāt & reficiant maturatę re-  
 surrectionis lætabunda solennia. Rur-  
 sumq; ibidem de ijs qui hæc sacra religi-  
 ose obseruant, inquit: Vide quomodo  
 his qui Christi commemorant passionē,  
 intra sacra officia quasi per quosdam ca-  
 nales de interioribus fontibus egredian-  
 tur torrentes, & super omnes delicias læ-  
 chrymis nectareis anima delectetur, quā  
 tam suauitatem animę inquirenti ubi sit  
 Deus situs, suspiria contemplationis eli-  
 ciāt. Similiter & in calce eiusdem sermo-  
 nis ait: Hæc in Christi commemoratio-  
 nem retractantur à fidelibus, & defeca-  
 tis animis carnis eius edulium non est  
 horrore, sed honori, potuq; sancti & san-  
 ctificātis sanguinis spūs delectatur. Por-  
 rò diuus Sedulius in Epist. ad Corinth.  
 cap. ii. sic ait; Christus nobis sui memo-  
 riam in



riam in terris reliquit, quemadmodum si quis subiturus sit longa peregrinæ regni itinera, pignus aliquod quasi mutui amoris indicem relinquat apud amicum, ut quoties conspexerit amoris monumentum, pristinarum recordetur amicitiarum, ac ueterum officiorum. Sic dicit uetus Chrysoſt. ad Heb. Offerimus quidem, inquit, sed ad recordationem facientes mortis eius. Itemq; Pontifex autem noster ille est, qui hostiam mundantem nos obtulit, ipsam offerimus & nunc quæ tunc oblata quidem consumi non potest. Hoc autem quod nos facimus, in commemorationem quidem fit eius quod factum est. Hoc enim inquit, in meam facite commemora. Non aliud Sacrificium sicut Pontifex, sed idipsum semper facimus, magis autem ad recordationem sacrificij operamur. Sic & S. Aug. pulchre admodum edocet quomodo hæc memoria seruanda sit in Eucharistia, uidelicet, quod Christus mortuus sit & resurrexerit, in hæc uerba scri

ba scribens Ianuario : Sacramentum est in alia celebratione, cum rei gestæ ita rememoratio fit, ut aliquid etiam significari intelligatur, quod sanctè accipiendum est. Eo namq; modo agimus Pascha, ut non solum in memoriam quod gestum est reuocemus, id est, quod mortuus est Christus, & resurrexit, sed etiam cætera, quæ circa ea attestantur ad Sacramenti significationem non omittamus. Diuus uero Gregorius sic habet : Consecratur sacra prece panis pro nobis in commemorationem Dominicæ passionis. Atq; eius generis sententiarum immensa copia est apud omnes scriptores diuinorq; eloquiorum, maxime in ijs locis, in quibus meminere Sacrosanctæ Eucharistiæ, Quibus consonant & reliqui Ecclesiæ Doctores. Sed & ita hactenus summo consensu docuerunt cum Orthodoxis, docti Romani Pontifices, docti Episcopi, docti Monachi, à sexcentis fere annis. Sic usq; huc sensit Scholastica Theologia in publicis Gymnasijs, ita

ita (quod nemo expertus inficiabitur) ut uix aliud hodie Ecclesie dogma sit, in quo magis sibi consonent uniuersi, atq; in huius commemorationis commendatione, per quam semper subinde debet in nostris pectoribus Christi passio uirescere ac adolescere ad iustum robur spiritus, iuxta quod uult & iubet ipse Christus. Ad hanc quoq; ceu Thesei filio, nos ducunt inueterata Ecclesie cantica, sacrae lectiones, collectarum ut uocant preces, alternæ Antiphonæ, suaves Hymni, & flagrans Sequentiarum ardor, omnia in laudem corporis Christi composita, quæ nos quodam quasi pietatis Oestro excitant in hanc sacram memoriam. Quare haud frigide talis rerum diuinarum concors institutio, confirmare deberet piorum hominum corda, ne tam leuiter resiliunt à recepto Ecclesie usu. Et hæc quidem de commemoratione Christi, in qua plurimum omnis uersatur totius intentio Missæ.

ANNOTATIONES.

Zoilos.

Zoilos.) Zoilus quidam malignus Poëta scripsit contra Libros Homeri, unde dictus est Homero mastix, id est, Homeri flagellum. Hinc omnis quicumq; uel doctis uel pijs uiris detrahit, uocatur Zoilus. Ouidius,

Ingenium magni liuor detractat Homeri,

Quisquis es ex illo Zoile nomen habes.

Ad Gades relegemus.) Gades Gadum, est Insula Oceani ultra Beticam Hispaniã, circa columnas Herculis. Vnde cum aliquẽ exosum habemus, optabimus eum esse ultra Gades, ne quid ab eo noxij nobis ingeratur. Quis autem magis è medio Ecclesiæ ablegandus est, quàm Hereticus, cuius sermo ut cæcer serpit, semperq; aliorum perniciem meditaturs. Similis paræmia est, Ultra Sauromatas ualere.

Locutulei.) Locutuleius, qui & Græcis Σπερμιο λόγος, is dicitur, qui novos rumores spargit, quiq; ad quæstum quiduis garrit, & ut Perottus loquitur, cuius lingua tam prodiga infrenisq; ut deterrima quadam colluuiione uerborum fluat semper, & aestuet. Hunc maiores nostri linguacem uocant.

Harpocratem reddit.) Pro eo quod est, silētium indixit. Harpocratem enim silentiij Deum ita ueteres fingeant, ut hodie in Prædicatorum Cœnobijs Dominicus pingitur, ori admoto digito.

Ἀναμνησις.) Anamnesis, id est, reminiscens,

G

Differt

Differt autē ab ὑπομνησις, quòd hoc potius significet admonitionem, illud uero spontaneam commemorationem, quæ ultro subit mentem nostram.

Mauseola.) Mausoleum sepulchrum fuit Mausoli regis Cariae, ab Artemisia uxore edificatum, ita egregijs opibus, ut inter septem orbis miracula numeraretur. A quo omnia preciosa sepulchra Mausolea dicuntur. Vnde constat hic Chalcographos erasse, nisi quis diminutionis gratia hoc esse factum, credere uelit.

Cenotaphia.) κενὸς, id est, inanis, τάφος, id est, sepulchrum, unde Cenotaphia dicuntur Monumenta & Statuæ representantes ueluti sepultum, cū illic corpus illius nō adsit, cuiusmodi erat Achylli in Cheroneso, & cuiusmodi sunt hodie in Ecclesia capse illæ, quæ ponuntur in officijs mortuorum.

Pyramides.) Pyramis. idis moles maxima quadrata, ita constructa, ut è lato in acutum tendat, in formam flammæ, dicta sic à πυρ, quod est ignis, cō quòd flammarum similitudinem habeat. Erant autem Pyramides in Aegypto structæ ex quadratis lapidibus admirandæ, fastigiatae ultra omnem excessitatem, quæ manu fieri posset, ut scribit Solinus, & sub eis sepulti reges. Excogitatae primum à regibus Aegypti, ne plebs esset ociosa, uel ne pecuniam successoribus relinquerent.

Colossos.)

Colossos. ) Colossi dicuntur statuarum moles, turribus pares, uel a Colosse artifice, qui Solis colossus, qui Rhodi fuit, traditur fecisse, uel ut quidam putat ἀπό του κολοζεν, quod est cruciare, et modum excedere in aliquare. Nam propter magnitudinem toruus aspectu inamabilis erat, nec cultu nec ueneratione dignus ob sumptus magnitudinem.

Tuos assuere pannos. ) Hoc est, tuas friuolas nugas & incondita figmenta. Est enim proprie pannus sordidior uestis & grossior. Vnde est illud apud Erasmus: Non efflagito Phaleras, sed idem non scro pannos, quasi diceret: Non desidero pigmenta, at idem nolo sordes.

Suada diserta. ) Exemplar habuit Pyto. Verum nos Suadam latine reddidimus, propter structuram carminis, nam quæ Græcis Pyto, nobis Suada siue Suadela dicitur. Fingebatur autem olim persuadendi Dea. Hinc est illud: In labris Pyto stat reuerenda suis, id est, disertus & facundus est.

Energia. Ἐνεργεια cum per e scribitur, uim significat & efficaciam, ab ἐνεργέω, quod est ago siue efficio in aliquo quippiam. Hinc est illud Hiero. Habet nescio quid latèris ἐνεργείας uia uox & in aures discipuli de authoris ore transfusa fortius sonat. Cum per α, euidenciam.

Hyrcane admo, ubera tygres. ) Hemistichium

est apud Maronem, ubi Dido Aeneam accusans in-  
gratitudinis simul & perfidiæ, inquit: Nec tibi Di-  
ua parens generis, nec Dardanus auctor, Perfide,  
sed duris genuit te cautibus horrens Caucasus,  
Hircanæq; admorunt ubera tigres. Vtui autem e-  
rit si quem durum & inhumanum significare uolu-  
mus qui nullis officijs flectitur ad benevolentiam.

Dionysius de cœlest. Hier. cap. 3. Vide nunc  
hic legendum sit de Eccl. Hier. cap. 3. Part. 3. ibi  
enim inter cætera sic in frontispicio habes: At uero  
illa augustior unius eiusdemq; & panis & calicis  
communis, pacificaq; comunio, concordie illi  
ut fratribus unâ educatis, diuinas statuit leges, atq;  
cœnæ illius sacratissimæ (ex qua signa ista sumpsere  
principium) sacram memoriam renouat. Aliàs non  
occurrit certior eiusmodi uerborum sententia in cœ-  
lest. Hier. quam citauimus supra. Verum hæc ni-  
hil ad commemorationem faciunt, nisi sic intelliga-  
mus, ut ubi Mystéria, illic necessario sequatur &  
Christi cômemoratio. Porrò quod addit, Part. 3. ca.  
3. citra controuersiam ex Eccl. Hierar. est, cuius ca-  
pita subinde in partes diuiduntur, quod in cœlest.  
Hier. non ita fit.

## CAPUT III.

Itaque



Tacq; nos haectenus Ecclesia-  
 ftici & uere Catholicae Ecclē-  
 siae Hyperaspistae praecipuum  
 huius Sacramenti usum ac in-  
 tentionem ex scripturis hausimus, opera  
 doctorum scriptorum. Nūc uero alteri  
 operi nos succingamus oportet, quod  
 est gratiarum actio, unde & Missa Eu-  
 charistia uocatur, quemadmodum su-  
 pra meminimus. Quae nimirum gratia-  
 rum actio praetermitti postponiq; debet  
 nunquam, quandoquidem gratissimus  
 suauitatis odor sit placidis Dei auribus.  
 Etenim Paulus eam uoluntatem Dei nun-  
 cupat dicens: Semper gaudete, sine inter-  
 missione orate, in omnibus gratias agite,  
 haec est enim uoluntas Dei, in Christo  
 Iesu in omnibus uobis. Vult semper De-  
 us in sua Syon ( quae Ecclesia est, quam  
 ipse in suam tutelam ac gratiam recepit,  
 hoc est, qua sibi in terris constituit quan-  
 dam uoluptatis paradisum, ac hortum  
 deliciarum, ut Prophetae uerbis utar )  
 gratiarum actionem esse & uocem lau-  
dis, Di-



dis. Dicit enim Esaias: Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio, & uox laudis. Hinc Nehemias duos constituit choros, qui (conuenientia rebus ipsis habentes nomina) uocati sunt Hodoth, eò quod per eos gratiarum actio & laudum præconia exhibenda erant Deo. Ait enim: Ascendere feci Principes Iuda super muræ, & statui duos choros laudantium magnos. Atqui peculiaris olim consuetudo erat Hebræis, crebro suis sacris adnectere gratiarum actionem, ut probari potest ex eodẽ capite, Dicit namque scriptura: In Dedicatione muri Hierusalem requisierunt Leuitas, de omnibus locis suis, ut adducerent eos in Hierusalem, & facerent Dedicationem in legitiam gratiarum actione & cantico & in cymbalis psalterij, & cytharis. Sic olim quoque præcepit Deus per seruum suum Moſen, ut non solo labiorum strepitu se honorarent, sed & publicis orationibus sibi confiterentur ad gloriam, quas ipsi Hebræi uocant Zebahthodah, ut in Leuitico

uitico 22. & 2. Paral. 29. Tametsi de his  
alijs copiosius.

Sic & Christus Iesus ipse consuetu-  
dinem habuisse legitur, ut prius ageret  
gratias Patri, quam uel prodigia egeret,  
uel mortuos excitaret, nec dubiũ, quin  
ad imitationis exemplum, Sed & per  
Paulum nobis precipit, ut omniũ primo  
uigilemus in gratiarum actione. Apud  
Ephesios quidem sic: Huius rei gratia,  
flecto genua mea ad patrem Domini Ie-  
su Christi, &c. Apud Thessalonicenses  
uero sic: Ideo & nos gratias, inquit, agi-  
mus, in Deo sine intermissione, Et ad  
eosdem sæpius. Apud Timot. quidem  
ita: Omnis creatura dei bona est, & ni-  
hil reiiciendum, quod cum gratiarum  
actione percipitur. Nullo non tempore  
uersari debet in ore nostro diuini nomi-  
nis reuerentia. Equidem ad hoc ipse De-  
us omnia humano usui instituit profu-  
tura, sic regit gubernatq; uniuersa, ut di-  
gnus sit omni præconio. Quid dico?  
quum Abacuc testetur, quia omnis ter-  
ra plena

ra plena sit gloria eius. Hoc est, uniuersa manuum eius opera laudant eum, danteque creatori cuncta creata precem. Porro nos sumus peculiaris eius populus, ad hoc creati & conditi, ut lætemur in Deo salutari nostro. Dicit enim per Esaiam Deus: Populum istum formaui mihi, laudem meam narrabit. Et iterum: Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lassus est uerbo. Rursumque: Et nunc qui redempti sunt, à domino reuertentur, & uenient in Syon laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum. Neque enim horaria esse debet diuina laudatio, sed ut Dauid inquit: Septies in die laudem dixi tibi.

Liquet ex Mattheo & Marco, quod ipsi discipuli Christi ad illam paschalis agni coenam, sub qua Eucharistia instituta est, Hymnizarint, id est, laudẽ Deo cecinerint, quorum exemplum nos sequi par est in omni actionum studio. Proinde, si quando uis huius sanctæ Eucharistia institutioni facere satis, meminisse de-

nisse debebis nō solum Dominicæ passi  
 onis, Christiꝑ mortis, sed & gratias age  
 re illi ex toto corde, ex tota anima, ex to-  
 tis uiribus tuis. Et ut paucis complectar  
 multa: Memineris Christi cum gratiarū  
 actione, nihil possum dicere efficacius,  
 nihil cogitare gratius. Equidem si extre-  
 mum uitium est ingratitude, ut uulgo  
 aiunt, cum nulla apud memores ueteris  
 stat gratia facti, quāta erit iniuria, si quis  
 ingratus existat Deo? Quā scite Di-  
 uus Augustinus ad Marcel. de gratiarū  
 actione scribit: Possumus ne, inquiring,  
 uel melius aliquid animo sentire, aut ore  
 proloqui, aut demum calamo exprime-  
 re, quā Deo gratias? Et Ioan. Chryf. in  
 Mat. Est prorsus, inquit, absurdum, nos  
 opere quidem ipso, beneficijs eius quoti-  
 die perfruentes, gratias ei nec sermone  
 persoluere, & hoc cū nobis rursus pro-  
 fit ipsa confessio. Neꝑ enim ille alicuius  
 nostri eget, sed nos omnium quæ illius  
 sunt, indigemus. Siquidem gratiaruma-  
 ctio illi quidem nil omnino addit, nos

autem magis illi familiares facit. Nos enim hominum beneficia recordantes, uehementius eorum amore accedimur, multo magis beneficiorum in nos Dei memores, studiosiores erimus, ad ipsius mandata seruanda. Idcirco Apostolus dicit: Et grati estote. Optima quippe beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua gratiarum confessio. Propterea & reuerenda ac salutaria illa mysteria, quae omni certe Ecclesiae congregatione celebramus, Eucharistia, id est, gratiarum actio nuncupatur. Sunt enim beneficiorum recordatio plurimorum, caputque ipsum diuinae erga nos charitatis ostendunt, nosque faciunt debitas deo gratias semper exoluere. Si enim Dominum ex uirgine esse natum grande miraculum est, & Euangelista cum admiratione dicebat: Hoc autem totum factum, in quo tandem beneficiorum ponemus loco, illum, etiam mortuum esse pro nobis: Nam si illius tantummodo nasci totum uocat, iam & semetipsum nobis cibum

ebū dare, & spiritales illas præbere epulas quid uocandum est? Agamus igitur ei iuges gratias, & nō modo uerbis hoc nostris, uerū etiā operibus ipsis principaliter impleamus. Agamus uero gratias, non de proprijs tantū, uerum etiā de alienis bonis. Ita em̄ & inuidiam poterimus extinguere, & alere charitatem, eamq̄ in nobis efficere pinguiorem. Neque enim iam illis poteris inuidere, de quorū bonis, gratias Deo deferendo lætaris. Idcirco enim altari assistens sacerdos, pro uniuerso orbe terrarum, pro absentibus atq̄ præsentibus, pro his qui ante nos fuerunt, pro his qui postea futuri sunt, sacrificio illo proposito, Deo nos gratias iubet offerre. Hoc quippe & à terra nos liberat, & transponit in cœlum, atque ex hominibus angelos facit. Nam & illi ordinantes Choros, pro his quæ nobis collata sunt bonis, gratias agebant Deo, atque dicebant, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uolūtat̄is. Et quid ad nos, inquires, illud exemplū, quod

quod non de habitatoribus terræ, neque de hominibus protulisti? Quinimo ad nos maxime, qui ita docemur diligere conseruos, ut illorum bona, nostra esse bona discamus. Propter quod etiã Paulus in cunctis ferè Epistolis suis, pro toti us penè orbis salute gratias agit ipsius salutis authori. Et nos igitur, tum de proprijs tum de alienis bonis, tum de magnis, tum de exiguis, gratias ei referamus assidue. Et si enim paruũ aliquid fuerit, forte fit magnum tamen de honore donantis, imò nihil exiguum est, quod illo largiente confertur, Non solum etiam, quia datur à Deo, sed quia tale est, quicquid ille confert, ut dici non mereatur exiguum. Vt enim alia uniuersa præteream, quæ multitudine sua numerum exuperant arenarum, quidnam poterit ei, quæ propter nos facta est dispensatio, in æquale proferri? Quod enim erat apud eum omnibus preciosius, unigenitum pro nobis filium dedit, & quidem cū adhuc essemus ipsius inimici. Nec dedit solum, sed &

sed & nostrum illum fecit esse cibum, omnia faciēs ipse pro nobis, & donādo uidelicet, & gratiarum actores ipsa donorum suorum ubertate faciēdo . Quia enim in multis homo Deo existit ingratus, ipse ubiq; suscipit uicem nostram, et ea quæ ad nos pertinent, per diuitias sue dispensationis operatur . Nam quod pro Iudæorum aliquando salute faciēbat, tēporibus atq; festiuitatibus uarijs, in memoriam illōs suorum beneficiorum reducens, id nunc equidem magno cum cumulo est operatus in nobis, ipso genere sacrificij, ad iugem nos pro beneficijs suis gratiarum incitans actionem. Hæc Chrysostomus. Ex his satis audisti, quod beneficiorū custodem dixerit esse, perpetuam gratiarum confessiōem, quā nimirum sententia id omne comprehendit, quod Hebræis dicitur thoda, hoc est, confessio & gratiarum actio, quæ duo in eundem desinunt sensum . Nam cum dico, confiteor Deo, quid uolo ? Nimirum hoc significo, quod illi omnem laudem



dem, & immortales debeant gratias. Profiteor enim, ex eo me omnia possidere, quicquid usquam muneris collatum est mihi, Aut plane confiteor Deo gratiarum actionem. Etenim in hunc modum gratias agebant Deo & Prophete olim, uti fatetur ipsi, omnium autem maxime David in multis Psalmorum locis, & post hunc Esaias, Confitebor, inquit, tibi Domine, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, & consolatus, &c. Ac si diceret: Gratias tibi ago, aut debitas tibi gratias agnosco, siue confiteor. Sic & Daniel, Me hodie laudat, &c. dixit, Hoc est: Tibi deus patrum nostrorum confiteor, teque laudo, quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi. Iuxta cuius ideomatis dialectum & Dominus in Evangelio dicit: Confiteor tibi pater cœli, &c. Ex his iam plane intelligis, Confiteri Deo, & agere gratias Deo, idem significare, uti nobis scripturarum suffragatur autoritas, etiamnum si pro reuelatione admissorum criminum nonnunquam reperias

reperiatur in scripturis hoc ipsum uerbum Confiteor, quemadmodum hodie utitur eo uulgus theologorum, pro ea significatione qua opponitur mentiri.

Euge age nunc Christianæ, præsta te gratum ac fidelem seruū domino tuo, ut qui aliàs pro innumeris beneficijs, hem quid dico? imò pro singulis ( ut docet diuus Bernardus ) grates persoluere deberes, hic saltem mentem leues et agnoscas opt. max. beneficium, quod per Christum dilectum suum filium tibi seruādo impendit æternus pater. Agnosce inquam, beneficium redemptionis tuæ, & confitere cum gratiarum actiōe, quia solus Christus Iesus, te atq; uniuersum hominū genus, suo corpore ac sanguine ab æterna morte uindicarit, asserueritq; in uitā. Necessè enim est, utrunque cōfitearis. Sed' quomodo? Ita sane, ut si agnoscis & confiteris, q̄ te suo corpore ab imperio mortis exemerit Christus, ac suo p̄cioso sanguine de seruitute Diaboli restituerit in libertatē uitæ, subinde etiā uiua

am uiua perinde uoce testeris, pereundū  
 prorsus tibi fuisse, nisi mediator dei atq;  
 hominū, homo Christus Iesus, sua mor-  
 te deturbasset eum qui mortis habebat  
 imperium. Eras namq; sine Christo (es-  
 que adhuc sine Christo) cum Diabolo  
 in ignem æternum protrudendus. Hæc  
 summo quo potes studio agnosce, &  
 summa qua potes humilitate confitere.  
 Agnosce inquam, & confitere cum ma-  
 gna gratiarum actione, quòd te suo cor-  
 pore & sanguine Christus, non solum  
 à morte redemerit, quin etiam ex Diabo-  
 li mancipio, filium fecerit Dei, ex cõsor-  
 te inferorum hæredem conscripserit cœ-  
 lorū, & ex perditissimo profuga, digna-  
 tus te sit fratre charissimo. Eximia certe  
 sunt hæc duo beneficia, pro tam uili ho-  
 muntione. Si tantum ueteri illa tyranni-  
 de esses exemptus, haud posses pares  
 agere gratias *λυτρωτη*. Iam autem ex em-  
 pticio seruo liber factus (modo ipse li-  
 bertatem agnoscis tuam) ex gratia per fi-  
 dem in sanguine Christi, cogita quanta  
 necessi-

necessitate constrictus sis ad tantorum  
 beneficiorum memoriam. Proinde in  
 hac sacra Eucharistia agito Christo gra-  
 tias, dato honorem, dicito laudem, præ-  
 dica eius gloriam. Equidem ea ipsa Eu-  
 charistia gratiarum actio est, & insigne  
 Christi præconium, utpote, in qua ceu  
 quotidiano penso persoluitur Deo gra-  
 tiarum actio. Quomodo aut quando  
 hoc? Videlicet cum in sacrificio canis-  
 mus *εὐχαριστοῦμεν*, & hoc est, gratias aga-  
 mus Dño deo nostro. Ad hanc quippe  
 uocem omnis populus assurgit, unaq̃  
 cum sacerdote tantis beneficijs, & si non  
 pares, debitas tamen repēdit gratias. Cu-  
 ius fanè religionis inueterata consuetu-  
 do, euidentissimis edocet argumētis, quid  
 sit Eucharistia, & qua intentione frequē-  
 retur in Ecclesia. Sed hac de re aliàs la-  
 tius.

Haud tamen cuiusquam animum  
 dericiat, si nequeamus pares referre gra-  
 tias, quando quidem huius redemptiōis  
 beneficium maius ac incomparabilius  
 sit, quàm

H

fit, quàm

fit, quàm adsequi possit humana fragilitas. Si enim, uti sapientes docent, nec parentibus, uel malis, nec præceptoribus parem possumus rependere gratiã, quãto minus ipsi Deo, ex quo cum corpus, tum animam, atq; adeo omnia quotidiana uitæ necessaria, & æternam animæ salutem nanciscimur: Quanquã hoc unum quod nostræ opis est, libenter impartiemur, & iuxta naturę nostrę uires citra ullam intermissionem, citra ullum tedium, honorifice gratificabimur Deo, pro tantorum in nos officiorum meritis ( quæ supra longius enumerauimus ) confitebimurq; nos impares hisce gratificandis officijs, etiam si omnia corporis nostri membra uerterentur in linguas, aut unum homini omnium hominum suppeterent uires. Sed ante omnia memineris, ut non solo labiorum strepitu, sed & uita & opere gratificeris Christo, quo tua obsequia, pro tuarum uirium modulo, respondeant meritis Christi. Nam & hoc per scripturas maxime exigit à nobis, ut non solum pul

lum pulchrum, uerum etiam necessariū fuerit, ad æternam uitam, uerbis ac conuersatione illi uiuere in gratiarum actione. Verborum quidem gratiarum actione haud illi ingrata est, quanquam piorum operum actione citius capitur, & magis delectatur. Verum hæc suis locis explicanda erunt. Neque enim confundendus est ordo Euangelicæ prædicationis, siquidem singula suis locis ac temporibus dici debent, ne in lente unguentum, quod aiunt. Primo enim omnium exponendum est, quid nobis beneficii præstiterit Deus per Christum. Deinde quæ nos contra conueniat exhibere erga deum, erga nos ipsos, & erga proximos nostros.

Verum quicquid hæctenus uel ex ratione Eucharistiæ, uel ex iusta scripturarum eruditione, in hoc capite diximus, subinde confirmabit & Ecclesiæ autoritas, ex suorum doctorum Decretis.

In primis S. Dionys. Areopagita ille in sua Ecclesiastica Hierarchia sic scribit: Qui

bit: Qui uero, inquit, ipsius ordinis præcipui sunt, unâ cū sacerdotibus sanctum panem, & benedictionis calicem, Sacrosanctis altaribus imponunt, cum ante præcellerit ab omni clero uniuersalis laus atq; cōfessio. Et paulo infra: Sumpta demum atq; omnibus tradita communionē diuina, gratias referens finem mysterijs imponit. Et rursus: Tum uero castissimi sacratissimorum signorum ministri, & studiosissimi spectatores sacrosancta mysteria, digna cum ueneratione contuentes, beneficium illud præcipuum, ac totius indultorem bonitatis catholica laudatione concelebrant. Et subinde: Hunc autem, inquit, hymnum alij laudationem, alij religionis symbolum uocant, alij diuinitus (ut mihi quidem uidetur) pontificalem gratiarum actionē, ut quæ omnia diuinitus in nos emanantia sacra dona contineat. Atque iterum in fine eiusdem capituli, Sumptis, ait, traditisq; mysterijs sacris in gratiarum actiones cum omni Ecclesiæ sancta multitudine

dine definit Sacerdos, inq̄ his omnis sacerdotalis functio pontificaliter congregata, post diuina percepta mysteria cū gratiarum actione desistit, ubi scilicet diuinorum beneficiorum gratias pro modulo suo recognouit atq̄ laudauit. Gustate em̄, inquit ille, & uidete. Profecto qui sacrosancta diuinarum rerum disciplina inicianur, permagnificas ipsarum recognoscent gratias, & excellentissimā illarum celsitudinem ac magnitudinem participatione speculantes, cœlestia diuinitatis beneficia grate laudabunt. Tertullianus uero sic, Non putem, inquit, impudentiorē, quā qui in aliena aqua tingitur alij Deo, ad alienum cibum alij Deo expanditur, in aliena terra alij Deo sternitur, super alienum panem alij Deo gratiarum actiōibus fungitur, de alienis bonis, ob alium Deum nomine elemosynæ & dilectionis operatur. Ita quoq̄ Irenæus lib. i. ubi meminit Eucharistiæ, pariter loquitur & de gratiarum actione, quam unā cum Ecclesia obseruabāt



& hæretici, dum ait: Pro calice enim ui-  
 no mixto fingens (loquitur aut de Mar-  
 co Heretico) se gratias agere, &c. Et sub  
 inde: Rursus dans mulieribus calices mi-  
 xtos, ipsas gratias agere iubet præsen-  
 te se, & ubi hoc factum est, ipse alium cali-  
 cem multo maiorẽ, quàm est ille in quo  
 illa seducta Eucharistiã facit, proferens  
 & transfundens à minori qui est à muli-  
 ere Eucharistiã factus, in illũ qui est ab  
 ea allatus, &c. Rursumq; li. 4. Sed & di-  
 scipulis, inquit, suis dans consiliũ, pri-  
 mitias Deo offerre, ex suis creaturis, nõ  
 quasi indigenti, sed ut ipsi nec infructu-  
 osi nec ingrati sint, cum qui ex creatura  
 panis est, accepit & gratias egit dicens,  
 Hoc est corpus meum, &c. Et iterum,  
 Offerimus, inquit, ei non quasi indigen-  
 ti, sed gratias agentes donationi eius, &  
 sanctificantis creaturam. Et ex hac ratio-  
 ne, plerunq; is ipse Irenæus Eucharistiã  
 uocat, quam nos hodie Missam uulgo  
 uocamus. Theophylactus autẽ ita: Cal-  
 lix cui benedicimus, nonne communi-  
 catio

catio sanguinis Christi est: hoc est, gratiarum actiones. In manibus namque illum habentes, gratias ei haud dubie agimus, qui nostri gratia sanguinem suum effuderit, dignatusque nos sit bonis ineffabilibus. Itemque, Reminiscere, inquit, quem admodum postremum id nobis mysterium dederit, & ea nocte qua erat paulo post occidendus, & proditorē haberet conuiuā. Tu uero fratrem quibusuis rebus ducis indignū, praesertim cū instructus sis gratias agere, quales & Christus ipse agebat, ut nos ad eam rem & formaret & institueret.

Quid amplius? Multa dicuntur à multis de confessione, id est, gratiarum actione, nec id quidem iniuria. Nam plurima dici debent. Vbi enim praesentius cernitur uel ipse Christus, uel penitus caetera uniuersa, quae per eum nobis contulit patet, agnoscuntur, quam in hac Sacrosancta Eucharistia? Ipse est Seruator mundi, Quo precio? Per quae merita? Auro ne uel argento? Non, inquit Petrus, sed

redempti estis precioso sanguine, quasi  
agni immaculati Christi, & incontami-  
nati. Et quidem huc te uocat Eucharis-  
tia, ut discas quo precio mundum rede-  
merit Christus, nimirum nobili suo cor-  
pore, ac precioso sanguine, pro quo ho-  
norifice cōfiteri ei debes, hoc est, agere  
gratias. Et hunc ipsum sanguinē ac sacrū  
corpus, per quē tibi tanta salus parta est,  
quotidie tibi exhibet Ecclesia, ita ut non  
solum uideri possint, sed & tangi, nec so-  
lum tangi, sed & in cibum sumi. Quod  
nam hoc corpus aut quale? Haud sanē  
uulgaris quilibet cibus, sed id ipsum pla-  
nē corpus, quo pro nostris peccatis ipse  
filius æternum suum patrem placauit,  
quo cœlorum portas reserauit, quo an-  
gelicos choros exhilarauit, quo infero-  
rum claustra soluit, quo denique omnes  
homines ab æterna morte redemit, &  
certa futuræ uitę consolatione per suum  
spiritum animauit. Postremū in hoc Sac-  
ramento uniuersæ legis, ac Prophetarū  
scripturæ coeunt, cōpletumq; aper-  
te osten-

te ostenditur id omne, quicquid in Chri-  
sto complendum sanctorum uatum ceci-  
nere præfagia Luc. 24. Ita omnia inquã,  
in hoc sibi conueniunt, ut sit ceu uia  
quædam ac uera Bibliorum idea, sub  
qua contineatur diuina omniũ scriptura-  
rum Maiestas. Et hæc quidem de actio-  
ne gratiarum in Eucharistia.

## A N N O T A T I O N E S .

ὑπερασπιστῆς. Id est, satelles & protector, ἀ cly-  
peo, cuius obiectu satellites tegunt corpora Princi-  
pum. Festiuiter autē uocat Vuicelium Ecclesiæ Hy-  
peraspisten, tacite subindicans eum non solum esse  
Ecclesiæ membrum, sed & protectorem, quæ laus  
paucis contingit. Nam hodie Ecclesiæ uulgus lau-  
dat quidem Ecclesiam, sed eam ab hæreticis non de-  
fendit. Qui ergo sic laudant ut & defendant ab in-  
gruentibus luporum insidijs, hij haud dubie dupli-  
ci honore digni sunt, iuxta Pauli uocem.

λυτρωτής. Ἰλυτρωτής, id est, redemptor, ἀ πὸ  
τοῦ λυτρωω, id est, redimo. Vnde λυτρωσις re-  
demptio.

In lente unguentum. ) Vario usui commodatur  
istuc Adagium. Hic pro rerum commixtione acci-  
pitur, quando propria relinquentes aliena & mi-

nus apta loquimur, & ipsa uarietate interrumpimus sermonis ordinem. Hinc est illud apud Hegendorphinum: Sed hac de re post hac, ne in lente uigentum, quod dicitur, Nunc quod nostri est instituti effectum curabimus. Cui ferè conuenit & illa pericemia: Aqua hæret, dicta in eos qui quemadmodum quum aqua hæret, non habentes uerū cursum absurda dicunt & minime conuenientia, ac ab omni rationis discursu aliena, authore Cicerone, qui ait: Dicit ille quidem multa locis multis, sed aqua hæret ut aiunt, hoc est, hallucinatur.

<sup>i. d. e. a.</sup> Id est, figura, forma, aspectus, & originalis rerum species. Ut est illud Nauseæ in Panegyrico Virginis: Vnde, inquit, essent sibi uniuersi non secus atq; ex uiua quadam Idea normam uiuendi ac cepturi, utpote cuius uita unius fuerit omnium disciplina, in qua quicquid est uirtutis & honestatis non aliter atq; in fulgentissimo quodam speculo resplendet. Verum hic cum dicitur, ut sit ceu uiua Bibli. Idea, idem est ac si diceretur, uiuus quidem uocis actus, quo quasi coram representatur & exhibetur nobis scripturarum uirtus.

## CAPUT IIII.

**Q**uarto, interest omnium scire significationem huius Sacramenti. Neque

ti. Neq; uulgare Christiano nomini dedecus est, quòd credentium uulgus multa quotidie audiat, nec quicquam discat. Contrà, nonnulli semper discant, & tamen nunquam ad ueritatis sciētiam pertingant. Nam cum ex eis aliqua nostræ religionis, hoc est, fidei petitur ratio, minus sapiunt, minus intelligunt, sciunt minus, quàm trimi aut bimi, aliàs in rebus mundanis exercitatissimi uersatores. Interim nos tamen in huius argumēti prouincia, nolumus insistere hominum doctrinis, siue ex neotericis, siue ex Orthodoxis profectis, sed nec nostro quidem ingenio, magis autem uolumus omnem nostram præceptionem alicunde, hoc est, ex scripturis rogare, eamq; scripturis firmare, quo tutius ac firmitus aduersus omnem ingruentium nec minus uariantium Sectarum tempestatem consistat atq; perduret illæsa.

D. Paul. Cor. in hæc uerba scribit: *Vnus panis & unū corpus multi sumus, q de uno pane participamus.* Ex hoc loco  
nos

nos olim aperte edocet spiritus Christi, quid in se habeat mysterij huius Sacramenti perceptio. Est enim eius significatio ingens & gloriosa, & ab initio nascētis Ecclesiae probe exercitata, & ad unguem usq; discussa à primis Ecclesiasticis, hoc est, Ecclesiae doctoribus, ut infra sua cuiusq; scripta probabunt. Quorum subinde exemplo edocti, certis animamur argumentis, ut si illis facere hoc licuit, nos haudquaquam debere ea uentis committere, quae illi tam solerti studio in usus pietatis contulerunt. Itaque quodetur huic muneris initium, in hunc modum cepta mysteria auspicabimur. Nos qui Christiani sumus & uocamur, multi sumus, & huius gregis turba omnem numerum excedit, tametsi eam certo numero comprehendere non sit difficile Deo, Psalmista testante: Dinumerabo eos & super arenam multiplicabuntur. Quis enim hominum numerare posset aut caeli stellas, aut metiri arenam maris? quemadmodum sobolem sui seminis,  
(hoc est

(hoc est Christianorū) futuram prædicat ac pollicetur Abrahamo Deus Gen. 15. & 26. Innumera multitudo scribi quidē obiter potest, ita nimirum centū quadragintaquatuor milia, ut habet Apoca. uerum interim ocius additur: Vidi urbem magnam, quam dinumerare nemo poterat, Apocal. 7. ut sit certum, Christianorum multitudinem non posse comprehendī sub certo numero. Multi sumus nos, aiunt Theologi, & tamen pauci cōparatione eorum qui non sunt ex nobis, hoc est, ex nostræ fidei professione. Quā tamen interea credentium multitudinē, ita uult Deus inter se esse compactam, et ueluti quibusdam charitatis uinculis cōglutinatam ac innexam, ut unus homo fiat ex multis. Quare hoc? Videlicet in promptu causa est. Quibus enim unus est Deus & una fides, quare non illi ipsi eiusdem Dei atq; fidei multi populi (nō enim tantum unus est populus, licet hic ex multis unus fiat populus) debeāt esse quasi uir unus? Unus inquam uir, debēt esse



esse uniuersi Christiani, non duo, non uiginti, nō triginta. Qui hęc miratur, haud dubie ex eo quod Dei est, assequetur sensum nostrorum uerborum. Etenim Paulus dicit: Obsecro uos fratres per nomē domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata, Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem scientia. Et alibi, Si qua, inquit, consolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua uiscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandē charitatem habentes, unanimes idipsum sentientes. Proinde, quum idipsum dicere debeamus omnes (quemadmodum iam ex Apostolo didicimus, idē nobis faciendum loco Christi præceperit) & esse perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia ac certa fidei opinione, fieri nequit, quin ex multis quasi unus fiat, nosque omnes in unum redigamur. Alioqui quot capita, tot erunt sensus, ut ille ait. Neque enim uel inter paucos conuēnas cō

uas conueniebat Horatio, cum diceret:

*Tres mihi conuiuæ prope dissentire uidentur,*

*Poscentes uario mulcum diuersa palato.*

Sic iam & nostra credentium multitudo, si non fuerit unius instituti, sed iuxta mundi huius uanitatem dispersa, uarijs iactetur opinionibus Sectarum, non potest idem loqui, non eadem sentire, non deniq; uoto eodem uiuere, & erit cuiq; suum uelle, & crescente credentium numero, crescet & opinionum uarietas.

Quòd si iam habuerit tot dissidentes sententias, tot uarios sensus, incertisq; oberet opinionum diuerticulis, necesse subinde fuerit, habeat & plures Deos ac plures fides, siquidem sua cuiq; parti tribuenda sunt, & aut unum ex multis fieri necessum est, sicut & una est fides, aut ex multis opinionibus contra, multiplex confurgat credendi controuersia.

Hoc me primitiæ nostræ religionis (uiua fidei exemplaria) dicere iubent ac uolunt, quibus cor unum & anima una erat in Deo. Quot milia credentium fuisse pu

isse putas? & tamen cum tot milia anima-  
 rum, totq; milia cordium in eis essent, e-  
 rant tamen quasi unum cor & anima u-  
 na. Idem quoq; continget si multa milia  
 Christianorum quasi unus fuerit Chri-  
 stianus. Quid dicam? Quid hæc nostris  
 confirmo testimonijs, cum & Marcus  
 Cicero uir ex prophanis Philosophis  
 prudentissimus dicat audacter, Amicitie  
 uim esse in eo, ut unus quasi animus  
 fiat ex pluribus. Et quid aliud uoluit sibi  
 Plato cum sua ciuitate necdũ extructa?  
 Fortassis & Pythagoras simile quid par-  
 turijt, suo illo laudato Cœnobio. Atqui  
 hanc unanimitatem animorumq; coniu-  
 ctionem semper suos, etiam certis qui-  
 busdam rerum ipsarum indicijs, edocuit  
 Deus, quemadmodum uidere est apud  
 Ezechielem, qui iussus est tollere duo  
 ligna, & coniungere illa, unum ad alte-  
 rum in lignum unum, ut essent in unio-  
 nem. Præterea eam ipsam unanimitatẽ,  
 quo luculentior ac certior constaret cre-  
 dentium mentibus, Deus ipse ostendit  
 ex hu

ex humani corporis proportione, quod  
vel proprii corporis imagine nos doce  
ret quemadmodum multi quasi unus esse  
debeamus, si quidem non quodlibet mem  
brum, corpus per se sit, quando etiam unum  
si mille milia membrorum essent, haud ali  
ud essent, quam singula unius corporis mem  
bra, quando quidem membrorum numerus  
non augeat corporis monadem. Quod  
si autem (conferam enim exemplum si  
milis) singula hominis membra pecu  
liarem uitae ordinem sibi vindicarent,  
idem foret ac si singuli quique Christiano  
rum suas haberent Haereses, suos sensus  
ac suas denique errorum ambages. Age,  
esto interim membra sint, tamen ut uiua  
membra perseverent, factum difficilimum  
fuerit, & non potius tot corpora, quod  
sunt sua cuique dogmata. Sed longe ma  
gis iuuat de hisce disputantem audire  
Paulum. Ait quippe ille sic: Sicut in uno  
corpore multa membra habemus, omnia  
autem membra non eundem actum ha  
bent, ita multi unum corpus sumus in  
I Christo,

Christo, singuli autem alter alterius membra. Et rursus: Sicut corpus unum est & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum tamen corpus sunt, ita & Christus: Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudaei siue Gentes, &c. Nec dissimilia Ephesius scribit cum ait: Solicite seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Vnum corpus & unus spiritus, quoniam sumus inuicem membra. Quae nimirum sententiarum sylua, praecipue huic competit Sacramento, utpote cuius unius significatio, per haec praedicanda & enucleanda sit populo Dei, a studiosis Ecclesiae doctoribus.

Cui etiam corporeae similitudini & alteram de unanimitate illi Christiani populi consensu adiunxit Deus, ab erigendis aedificijs sumptam, siquidem omnis edificatio ex multis lapidibus consistat, qui lapides ceu unus tamen lapis conglutinantur, ita sane ut iam una domus sit &

uocetur

uocetur ab omnibus. Accedit huic sententia nostrae testis Petrus, cum dicit: Ad quem ( dominum inquam ) accedentes lapidem uiuum ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides uiui superaedificamini domus spirituales, in sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo, per Iesum Christum. Atque ex hoc loco omnis noster de Ecclesia ceu uiuo ex fonte profiscitur sermo, alibi quoque latius deducetur, uidelicet capite nono.

Enimuero Ecclesia Dei constructa illa domus est, de qua haud indigne illud uulgo fertur anigma: Si unus omnibus sensus, esset & omnibus una domus. Quum igitur unam habeamus domum Ecclesiam, par est ut & eundem spiritum & eandem mentem habeamus omnes in domino. Qui uero suo haeret ingenio, huic peculiaris domus sit necesse est. Diuersam autem ab Ecclesia habere domum, est Ecclesiasticae unitatis esse exper-

tem. Inter omnia autem Sacra, prophanaq; nihil est quod æque delectet, magisq; in nostri amorem rapiat Deum, atque mutuæ unitatis consensio, tū quòd ipse unicus sit nec possit esse numerosior, tum quòd secum ipse dissideat nunq̃. Solus namq; & uerus & unicus rex atq; pastor est, sicut per Ezechielem testatur dicēs: Ego ero eis Deus, & pastor unus erit omnium eorum. Et per alium, In die inquit, illa erit dominus unus, & erit nomen eius unum. Ad quem modum & nos uult esse populum unum, cui per omnia eadem acuna sit uitæ consuetudo, unus spiritus, & cor deniq; unum, iuxta quod in Paralipomenon scriptura ait: Facta est manus domini in Iudæa ut daret eis cor unum, ut facerent iuxta præceptum regis & principum uerbum Domini. Et in Hieremia, Dabo, inquit, cor unum & uiam unam, ut timeant me uniuersis diebus, & bene sit eis & filiis eorum post eos. Item in Ezechiele: Dabo eis cor unum, & spiritum nouum tribuam

nam in uisceribus eorum, ut sint mihi  
in populū, & ego sim eis in Deum. Equi-  
dem cum ipse Deus unus sit, unam etiā  
agnoscit Ecclesiā, cui dicere possit: Vna  
est columba mea, una perfecta mea.

Atqui in talem unanimitatis consen-  
sum nos inuitat istuc Sacramentum, uti  
indicant prima nostri sermonis uerba,  
Vnus panis & unum corpus multi su-  
mus, qui de uno pane participamus.  
Quid enim aliud nobis ista significant,  
nisi ut qui eodem uescimur pane, etiam  
eadem sentiamus? Hic autem diligenter  
aduerte, quemadmodum illa sententia,  
unum esse, non debeat intelligi iuxta cō-  
mune Germanicæ gentis ideoma (siqui-  
dem nostri Germani *Eins sein* dicunt,  
quod latini uocant cōcordes esse, quod  
quamuis Christianos maxime deceat,  
utpote quos unice commendat concor-  
diæ uirtus, tamen longe dissidet ab hu-  
ius argumenti sensu) sed planè sic unū  
esse intelligi uolumus, quemadmodum  
DEVS & CHRISTVS unum  
I 3 sunt,



sunt, Ioan. 10. (nec me præterit, quàm fa-  
 cile hic sese reciperet Arii spiritus, iuxta  
 uulgi nostri linguam, nisi haberemus  
 quod contentioso cuiusdam Germano  
 quasi minus in sua lingua absoluto pos-  
 sit obijci aduersus controuersiam) &  
 quemadmodum Spiritus, Aqua & San-  
 guis, tria hæc unum esse dicuntur 1. Ioan.  
 5. & ipse Christus pro nobis patrẽ orat  
 ut unum simus, Ioan. 17. & quemadmo-  
 dum Galat. 3. scribitur, Omnes uos unũ  
 estis in Christo Iesu, Et 1. Cor. 10. Vnus  
 panis & unũ corpus multi sumus. Quæ  
 profecto unitas longe efficacior est quàm  
 illa concordia, qua inter se mutuo coniu-  
 cti erant David & Ionathas, Pylades &  
 Orestes, Damon & Pythias, &c. Proin-  
 de simile quid facit Christus, ac si nobis  
 suis discipulis inter cœnandum ista com-  
 mitteret dicens: Charissimi, & si mũdus  
 hic impostor, bella, seditiones, pugnas  
 concitabit, quia ego in hunc mundum  
 uenerim, mũdo contraria docens, ita ut  
 consurgat filius aduersus patrem, & filia  
 aduersus

aduersus matrem, tamen huc mea omnis uergit intentio, ut aliquādo graues istas conflictatiōes meo spiritu componam, cum bacchantium furor sua spē celsa cesserit. Tunc & meam offeram pacem & per me reconciliatam patris gratiam illis annunciabo, quo æterna bona (quæ nihil eis constant, utpote meo sanguine parta) amplectantur meæque fidei suas ceruices ultro submittant, ut posthac ex tot impiorum generationibus fiat una generatio rectorum. Hoc exigit namque meæ religiōis ratio, ut quisquis huc admitti postulat, non solum deinceps mei nominis gaudeat honore, sed & meæ uitæ insistant uestigijs, siue ille Iudæus siue Gentilis sit. Equidem sic animo sedet, ut ex duobus, Hem quid dico? imò ex omnibus totius orbis populis qui ad huius uitæ tramitem properant, unus in me efficiatur populus, quem subinde ego (tolens quicquid usquam dissidij est, omnesque sepeliens inimicitias) primum in unum spiritum per baptismum compingam,

gam, deinde per uinculum pacis confir-  
 mabo, quo perseverent in unitate spiri-  
 tus, ad quam uocati sunt ex sui baptis-  
 matis sacramento. Quo autem pacto  
 meos, eiusmodi pacis uinculo con-  
 nectam conglutinaboq̄, ipsi coram ui-  
 debitis. Ecce hic ad edendū uobis porri-  
 go panem, qui est corpus meum, ut uos  
 hoc pane non solum cōcordes ac fidos  
 mutuo amicos, quin potius ex multis uo-  
 num, & fratres & sorores reddam, qui-  
 bus non tantum fides una, sed & perfe-  
 cta sit charitas, accipio, inquam, hunc pa-  
 nem in manus meas, quem uobis distri-  
 buam, quo uos unus panis, aut, quod di-  
 ci solet, una eiusdem farinae conspersio  
 efficiamini per me. Distribuo uobis me-  
 um corpus, quod paulo ante simplex pa-  
 nis fuit, quo uos unum corpus sitis, iu-  
 xta quod & meum corpus unum est. Is  
 meus cibus unicus est, eritq̄ per omnes  
 omnium seculorum generatiōes, & uos  
 unum esse debetis, dum hosce spiritus re-  
 xerit artus. Atqui quemadmodum is ci-  
 bus

bus cōgestus est ex multis siligineis granis, ac uarijs uuarum racemis, quę simul commolita atq; contrita ex uno acervo, ita inter se commixta atq; perfusa sunt, ut discerni nequeant: sic uolo esse & uos cum meę mensę participatis. Olim eratis multi, sentientes diuersa, cōtrarijs męcipati opinionibus, & pro suo quisque ingenio nunc huc nunc illuc uacillabat, inuicem inuidentes, mordētes, pleni irarum atq; dissidiorum. Nunc uero unus eritis multi, eandem habentes fidem, sentientes eadem, charitatem mutuam seruantes, pleni pacis atque amicitiarum. Hęc omnia uobis facile iste suggeret cibus, totiesq; horum admonebit, quoties manducabitis panem hunc & calicem bibetis. Vnum inter uos fraternitatis uolo esse collegium, eandem omnibus uite societatem, eundem fidei consensum uniuersis, quotquot ex meo nomine sortituri estis uocabulum, & hęc sic confœderati in nomine meo, ac huic sacro cibo participantibus, illi libro uitę adnumerabuntur.

buntur, referentq; ex hac mensa pecunia-  
rem quendam fructum, charitatem scili-  
cet fraternam, qua sese mutuo amēt, mu-  
tuis beneficijs iuuent, mutuo consolentur,  
mutuo errata corrigant, mutuo cœ-  
lestibus disciplinis instituant, & denique  
mutuis præfidijs ad meliores sese recipi-  
ant profectus.

Iam in hac sacra mensa liquido ani-  
maduertimus q̄ æqui boniq; nobis con-  
suluerit Deus ex illo cibo, de quo parti-  
cipamus omnes, quo uicissim & nos re-  
cte sancteq; afficiamur erga eū atq; adeo  
erga uniuersæ Ecclesiæ synaxim. Postre-  
mo, ut ad colophona redeat oratio, hu-  
ius sacri cibi esu Christus suos in unum  
ouile congerit, ac ueluti inescat salutari  
quadam diuini numinis phrenesi. Vnus  
est omnium cibus, quo omnes unum  
fiant. Vna omnium mensa, eadem cun-  
ctorum edendi ratio, ac communis ac-  
cessus, ut sibimet mutuo innotescant om-  
nes, gratulenturque de tantis dei  
beneficijs. Quin & hac sacra ( ut sic dixe-  
rim )

rim) commestatione inter suos pacem confirmat Christus, eo quòd non tantum suum corpus dederit, sed idipsum ad edendum magis dederit, ex ingenti quodam suæ erga nos dilectionis ardore. Dicit non potest, quæ grata sint Deo in suo corpore (quod est Ecclesia) pacis ac unanimitalis fœdera, ad quæ subinde confirmãda etiam nos per hoc Sacramentum uocat, ut nemo possit non scire quid sit esse Christianũ, & quid deceat Christianum hominem. Hac etiam spūs esca, confirmat omnium sanctorũ suorum cõmunionem, eo quòd hac usi sint in uita sua ad salutem, per quæ hanc unus panis & corpus unũ effecti sint in Deo. Hoc, in quã, Sacramento coalescit cõseruatur quæ Christiana charitas, ita ut sit ceu manifestum quoddam insigne Christianæ concordia, quæ est ipse Deus. Docet cõcordiam, componit lites & id genus reliqua uirtutum, ita ut quisquis huc mentis oculum uertit, nihil nisi unanimitalis cernat typum, nihil nisi sarcindæ  
con

concordiæ referat argumentū. Huc spectat quicquid usquā scriptura habet de mutux dilectionis officio. Item hic ueluti ex lympidissimo speculo licet intueri, quicquid à prudentibus olim etiam exteræ religionis uiris proditum est, utputa, de cōmodo pacis ueracq; amicitia. His adde quicquid legitur aduersus contentiones, dissidia, hæreses, sectas, seditiões, lites, bella, & id genus milia malorum. Componuntur enim hic omnia & quasi è medio tolluntur, quæcunq; cedunt in dispēdium Christianæ unitatis. Quid plura? Quis omnia enumerare sufficiat? Tanta est huius mysterij uis, ut ea ipsa (de significatione huius Eucharistiæ) portio, uix sex iustis declamationibus satis possit explicari, præ rerum significantiarum præstantia. Quanquam horum omnium fructus & utilitas plenius suo indicabitur loco. Nunc hoc dixisse sufficiat, quomodo in hac sacra Eucharistia, commendetur Christianæ plebis unitas, & quemadmodum hinc discimus, imo

mone

monemur, docemurq̄, quomodo alter alterius membrum sit in uno corpore, quod charitate pura & amicitia constat non ficta, Restat iam ut hanc unitatis fraternitatem, ad quam nos inuitat præsens mysterium, sursum erigamus in cœlum & ipsi Deo suffigamus.

Et quis modo hic eloqui ualeat largam Dei in nos pietatē (quæ inter quotidianæ beneficia nouis semper accessio- nibus accumulatur) cui & hoc accedit, quòd seipsum Christus nobis indignis suis ministris sociat, ac ueluti in nos sese transformat, quo nos accedamus propi- us in unum corpus, arctiusq̄ constrin- gamur indissolubilibus quibusdam cha- ritatis uinculis. O summam humilitatē, ô cœleste opus, quàm ingens quàm exi- mium hoc. Quis ambigit, quin ceu ui- uo uocis actu nobis sic loquatur Chri- sti corpus? Popule meus, unitatem ser- ua, custodi pacem. Ipse ero tui itineris co- mes, confors uitæ, & tuæ humanitatis confrater, immortalitatis largitor & au-  
tor.



tor. Quisquis uobis iniecerit manus, is  
 inicit & mihi, ut sciat haudquaquã sibi  
 rem cum fungis esse. Vos mihi amici &  
 ego uicissim uobis amicus, ita ut non so-  
 lum in uobis mansionem faciã, aut pe-  
 regriner uobiscum tantum in uobis, sed  
 & unum corpus uobiscum sim. Nec eti-  
 am uos soli sitis Ecclesia mea, quin &  
 ego uobis admixtus, simul unam consti-  
 tuamus Ecclesiam, non habentem rugã,  
 neq; maculã. Inferior Ecclesiã pars uos  
 eritis, superior ego, hoc est, caput ero Ec-  
 clesiã. Vestra corpora erunt mea mem-  
 bra, in quã transfundam meã uirtutis in-  
 signia, id est, diuinarum gratiarum cha-  
 rismata. Ego bonorum omnium fons,  
 & inexplebilis Oceanus, uos autem ue-  
 luti riuuli, qui ex me debetis pascua pete-  
 re, ut sit sublimitas uestrã fidei, non ex  
 uobis, sed ex uirtute Dei. Hęc ferẽ scri-  
 pturarum sunt uerba, quã ideo loquen-  
 ti Christo attribuimus, quo uehementis-  
 us segnium auditorum animos excita-  
 rent in huius Sacramenti uenerationem.

Inte

Interea hæc ipsa sancta commixtio Christi in nos, & nostri uicissim in Christum, non solum in ipso Eucharistiæ Sacramento peragitur, quin etiã & ipsa re sub huius Sacramenti perceptione contingit fidelibus, uti Pauli indicãt uerba: Unus panis & unũ corpus multi sumus qui de uno pane participamus. Itaq; hoc ipsum qd sumimus efficiamur. Panẽ sumimus qui est Christi corpus, quo & nos Christi corpus efficiamur, non quidem essenziale (ut dicunt Theologi) sed spirituale, iuxta quod Paulus docet: Qui, inquit, adhæret Deo, unus spiritus est cũ eo. Est quippe Christus & Ecclesia ceu quoddam coniugium spiritus, hoc est, ex duobus unum corpus facti sunt. Porro ipse spõsus Christus, de nostra carne carnis substantiam sumpsit, cum homo nasceretur in terris, & contra nobis impartitus est suũ, hoc est, diuinum ac cœlestē bonũ, ita ut nos qui eius sumus Ecclesia, ex eo habeamus, quicquid habet ipse & uicissim ipse ex nobis quicquid habemus

mus & nos. Et haud dubie, hæc est illa  
 casta despōsatio, cuius meminit Paulus  
 scribens Ephesijs: CHRISTVS dile-  
 xit Ecclesiam & seipsum tradidit pro ea,  
 ut illam sanctificaret, mundans eam lavi-  
 cro aquę in uerbo uitę, ut exhiberet ipse  
 sibi gloriosam Ecclesiam, non habentē  
 maculam aut rugam, &c. Quamobrem  
 etiam, quo id ipsum coniugium esset in-  
 dissolubile ac ratum, cum cęlos repe-  
 teret seipsum reliquit per hoc Sacramentū  
 in terris Ecclesię suę sponsę, haud ali-  
 am ob causam, quā ut manducaremus  
 hanc ipsam suam carnem, quę uitam at-  
 tulit mundo, & per huius efus commu-  
 nionem in eo perpetuo maneremus in  
 uno spiritu, nihil habentes commertij cū  
 mensa dęmoniorum, quum habeamus  
 mensam domini. Quid amplius restat?  
 Eluxit ueritas, nihil scrupuli relictū est.  
 Si enim Christus Ecclesię caput est, ne-  
 cesse erit, ut Christus simul & Ecclesia  
 unum constituent corpus, quod suam  
 uitam sortiatur ex capite. Et ad hanc spi-  
 ritus

ritus coniunctionem ac sacrum coniugi-  
um, maxime condicit fertq; suppetias  
præfens Sacramentum, siquidem ex es-  
sentialis huius, ut sic dixerim, corporis  
Christi perceptione, unitas illa ac sancta  
desponsatio Ecclesiæ cum Christo, non  
tantum confirmatur, sed & sole clarius  
elucidatur, & quasi arcano quodam spi-  
ritus penicillo ad unguem usq; delinia-  
tur. Imò per hoc Sacramentum Christo  
prorsus incorporatur ( ut patrum utar  
verbo ) Ecclesia propiusq; inuicem sibi  
conglutinantur, & in eundem coeunt  
spiritus amorem. Sanè res ingens quòd  
istuc diuinæ atq; humanæ commixtio-  
nis mysterium, sui corporis edulio Do-  
minus ipse uoluit frequentari ac diffun-  
di, per oēs fines orbis terre. Sed quid nò  
facit ipse ut nobis bene sit? Nihil nisi  
ignitam charitatem spirat, quicquid un-  
quam nobis seruandis aut olim fecit aut  
quotidie præstat. Seipsum dat in cibum  
quo penitus perspiciamus illius erga  
nos charitatem summam, pariterq; trans-  
K formes

formemur ac quodammodo mente immutemur in id quod contingimus ore. Iuuat iamiam abrumpere potius, q̄ finire sermonem, ut uacet audiendis primorum Ecclesiarum decretis, iuxta præceptum Dei, quo dicitur: Interroga patres tuos, & annun. tibi, maio. & d. ti.

Sanctus Dionysius in Eccles. sua Hier. multis uerbis explicat, quemadmodum multifariã inter nos diuisi, tamen in Deo coadunemur, & cum eo unum efficiamur in sacra Synaxi. Eius uerba hæc sunt: Primum quidem, inquit, illud pie inspiciendum, cuius rei gratia, quod aliis quoq̄ uenerandis diuinisq̄ mysteriis comune uocabulũ est, huic præ cæteris præcipue ac peculiariter applicetur, ut singulariter communio, siue societas, & synaxis, siue collectio dicatur. Nẽpe enĩ & unaquæq̄ sacramentalis institutio id agit, ut nostras uitas in plura diuisas in unicũ illum statum, quo Deo iũgimur, colligat, diuiduorumq̄ nostrorum diuina collectione nobis eius quod uere  
unum

unum est, societatem unitatemq; indiui-  
 duam largiatur. Similiter & parte tertia  
 scite admodum explicat huius unionis  
 mysterium dicens: Sanè opertum panē  
 & indiuiduum aperit antistes in frustra  
 concidens & singularem calicem omni-  
 bus impartiens unitatem signāter multi-  
 plicat, atq; distribuit, inq; his cōsummat  
 cœleste mysterium. Vnum enim illud et  
 simplex atq; secretum I E S V diuini uer-  
 bi nostræ humanitatis adsumptione, ad  
 compositum atq; uisibile sine immutati-  
 one sui per summam clementiam beni-  
 gnitatemq; processit, societateq; nostrā,  
 qua sibi iungeremur beneficentissime  
 excogitauit, nostra humilia suis diuinis  
 excellentijs iungens, siquidem & nos  
 illi tanquam membra corpori congrua-  
 mus, & per uitæ synceræ ac diuinæ simi-  
 litudinem compaginemur, ne corrup-  
 tentibus mortificati uitijs ad diuina &  
 sanctissima membra incongrui efficia-  
 mur, ut qui hærere, eademq; uita uiuere  
 nequaquam ualeremus. Oportet enim

nos (si ad illius aspiramus societatem) di-  
 uinam ipsius in carne uitam intueri assi-  
 due, sanctamque ipsius impeccantiam imi-  
 tando pro uiribus, ad sacrationem habi-  
 tum, exactissimamque recurrere intelligen-  
 tiam, ita enim conuenienter nobis socie-  
 tatem ad simile consortiū largietur, &c.  
 Sic quoque Diuus Ignatius apertis edocet  
 uerbis mysticam huius Sacramenti uni-  
 tatem. Illud, inquit, digne nominandum  
 & Deo dignum presbyterium, ita coap-  
 tatum sit Episcopo, quomodo chordæ  
 in cythara colligatæ, ita & ipsi in concor-  
 dia & consona dilectione, cuius dux &  
 custos est Iesus Christus. Et qui sunt sin-  
 gulatim, omnes unus chorus fiant, ut cõ-  
 sonantes facti in unitate, coniunctiõem  
 domini in similitudinem morum recipi-  
 entes, in unitate unum effecti consensu,  
 Deo patri & dilectissimo filio eius Iesu  
 Christo domino nostro, secundū quod  
 ipse patrem rogans dicit: Da illis pater  
 sancte, ut sicut ego & tu unum sumus,  
 ita & hi in nobis unum sint. Vtile est  
 enim

enim uos sine macula in unitate coniunctos Deo, imitatores esse Christi, cuius & membra estis. Si quis autem non fuerit intra altare, fraudabitur pane Dei. Si enim unius aut duorum oratio tantam habet uirtutem, ut Christus in eis consistat, quāto magis sacerdotis & sancti populi supplicatio, consonanter ascendens ad Deum persuadet præstare eis omnes petitiones in Christo. Qui ergo à talibus separatur, & non conuenerit in congregatione Sacrificiorum, Ecclesiæ primogenitorum descriptorum in cœlo, lupus est in grege ouium mansuetam demonstrans figuram. Item S. Irenæus pulchre docet, quemadmodum prædicari debeat in Eucharistia altaris communicatio & unitas carnis & spūs. Inquit enim: Nostra consonans est sententia Eucharistiæ, & Eucharistia rursus confirmat sententiam nostram. Offerimus enim ei quæ sunt eius, congruenter communicationem & unitatem prædicantes carnis & spiritus. Et paulo post, Itaque, inquit,

K 3

corpo-



corpora nostra percipientia Eucharistia  
 am, iam non sunt corruptibilia, spem re  
 surrectionis habentia. Quamobrem &  
 Ignat. id ipsum Sacramentum uocat me  
 dicinam immortalitatis. Sed & D. Chry  
 sostomus nequaquam in scite docet huius ue  
 nitatis mysterium, dicit enim: Necessariū  
 est dilectissimi mysteriorū discere mira  
 culum, quid tādem sit, & quare sit datū,  
 & quæ rei utilitas. Vnum corpus sumus  
 & membra ex carne eius & ex ossibus e  
 ius. Vt itaque non tantum per charitatem  
 hoc faciamus, uerum & ipsa re in illam  
 misceamur carnem, hoc per escam effici  
 tur quam largitus est nobis, uolens ostē  
 dere desiderium quod erga nos habet.  
 Propterea se me ipsum nobis immiscuit,  
 & corpus suum in nos contemperauit,  
 ut unum quid efficiamur tanquam cor  
 pus capiti coaptatū, ardentem enim amā  
 tium hoc est. Hoc itaque Iob insinuans di  
 cebat de seruis, quibus erat supra modū  
 desiderabilis, quod desiderium osten  
 dentes dicebant: Quis det nobis ex car  
 nibus

nibus eius impletur. Propterea quidem et  
Christus id fecit in maiorem nos indu-  
cens charitatem, & suum erga nos osten-  
dens desiderium, non tantum se præbēs  
cupientibus uidentium, sed & palpandū  
& comedendum, & carni dentes infige-  
re, & complicari & omne desiderium im-  
plere. Atq; hinc est, quod Aug. alibi ait,  
Christum nō mutari in nos, sed nos mu-  
tari in eum per huius Eucharistiæ esum.  
De qua communione & in Epistolis lo-  
quitur dicens: Isti cum quibus agimus  
uel de quibus agimus, non sunt desperā-  
di. Adhuc enim sunt in corpore, sed nō  
quærant spiritum sanctum, nisi in Chri-  
sti corpore, cuius habent foris Sacra-  
mentum, sed rem ipsam non tenent in-  
tus cuius est illud Sacramentum, & ideo  
sibi iudicium manducant & bibunt.  
Vnus enim panis Sacramentum est uni-  
tatis, quoniam sicut Apost. dicit, Vnus  
panis, unū corpus multi sumus. Proinde  
Ecclesia catholica sola est corpus Chri-  
sti, cuius ille caput est saluator corporis  
sui.

sui. Extra hoc corpus neminem uiuifi-  
 cat spiritus sanctus, quia sicut ipse dicit  
 Apostolus: Charitas Dei diffusa est in  
 cordibus nostris per spiritum sanctum,  
 qui datus est nobis. Non est autem par-  
 ticeps diuinæ charitatis, qui hostis est u-  
 nitatis. Idem super Ioan. Norunt, inquit,  
 fideles corpus CHRISTI, si corpus  
 Christi nō negligent, esse. Fiant corpus  
 Christi, si uolunt uiuere de spū Christi.  
 Inde est quod exponens nobis Apосто-  
 lus Paulus hunc panem, Vnus panis, in-  
 quit, unum corpus, multi sumus. O Sac-  
 ramentum pietatis, ô signum unitatis,  
 ô uinculum charitatis. Qui uult uiuere,  
 habet unde uiuat, habet ubi uiuat. Acce-  
 dat, credat, incorporetur ut uiuificetur.  
 Non abhorreat à compage membro-  
 rum, non sit putre membrum, quod re-  
 secari mereatur, non sit distortū, de quo  
 erubescatur. Sit pulchrum, sit aptum, sit  
 sanum, hæreat corpori, uiuat Deo de  
 Deo. Nunc laboret in terra, ut postea re-  
 gnet in cælo. Idem in Ser. de Paschali fe-  
 stiuita

stititate, Nos, inquit, sumus corpus  
 Christi, qui corpus Christi manduca-  
 mus. Et iterum: Hæretici quærit Schis-  
 mata, cum hic panis non nisi unitatem si-  
 gnificet. Sic ad suum discipulum Pauli-  
 num, Vouentur, inquit, omnia quæ offe-  
 runtur Deo, maxime sancti altaris obla-  
 tio, quo sacramento prædicatur nostrum  
 uotum, aliud maximum, quo nos uoui-  
 mus in Christo esse mansuros, utiq; in  
 compage corporis Christi. Cuius rei  
 Sacramentum est, quod unus panis unum  
 corpus multi sumus. Et Cyprianus, Sed  
 & nos ipsi, ait, corpus eius effecti Sacra-  
 mento & re sacramenti, capite nostro cõ-  
 nectimur, & unimur, singuli alter alteri-  
 us membra ministerium dilectionis pro  
 inuicem exhibentes, cõmunicamus cha-  
 ritate, participamus solitudine, eundem  
 cibum manducantes, & eundem potum  
 bibentes, qui de petra spiritali profluit et  
 emanat, qui cibus & potus est Domi-  
 nus noster Iesus Christus. Et rursus: Vi-  
 dent hæc Sacramenta pauperes spiritu,

& hoc uno contenti ferculo omnes mundi huius delitias aspernantur, & possidentes Christum aliquam huius mundi possidere supellectilem dedignantur. Esurientes & sitientes iustitiam, cum saturati fuerint, uide quid agant, intellige quæ loquatur, quam sancti odoris sit quicquid eructat illa plenitudo: uerbum bonum, mores compositos, affectus pudicos, sensus pacificos, illa interior sinceritas ubiq; diffundit, ita ut post odora menta ista gratiæ huius comparticipes discurrant, & mutuis se adinuicem affectibus complectantur, & quibus unus est panis, unum est corpus, & omnium unum cor, & anima una, uni CHRISTO adherens, cætera omnia quasi fermentata respuens in unius azymi sinceritate lætatur. Sic quoque Diuus Ambrosius in Sermone de Eucharistia, Hic, inquit, quod diuinum est, unitur ei quod est humanum. Cui consonat Gregorius, Debemus, inquit, presens seculum, uel quia conspiciamus iam de fluxisse,

fluxisse, tota mente contemnere, quotidiana Deo lachrymarum sacrificia, quotidianas carnis eius & sanguinis hostias immolare. Hęc namq; singulariter uictima ab æterno interitu animam saluat, quæ illam nobis mortem unigeniti per mysterium reparat, qui licet resurgens à mortuis, iam non moritur, & mors illi ultra non dominabitur, tamen in seipso immortaliter atque incorruptibiliter uiuens, pro nobis iterum in hoc mysterio sacræ oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutem partitur, eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem unigeniti semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad Sacerdotis uocem cælos aperiri, in illo IESV CHRISTI mysterio angelorum choros adesse, fumis

summis ima sociari, terrena cœlestibus  
 iungi, unum quoq; ex uisibilibus & inui-  
 sibilibus fieri: Quin & extra hanc Dei  
 atq; nostri inuicem commixtionem per  
 hoc Sacramentum nobis collatā, & nos  
 quoq; inuicem coadunamur, & ueluti  
 in unam massam redigimur, uti supra  
 docuimus. Confirmat hoc D. Sedulius  
 in Epistolam priorem ad Corin. dicens:  
 Quemadmodum ex multis granis con-  
 ficitur panis, ita nos ex diuersis Gētibus  
 ac multis credentibus in unum corpus  
 Christi colligimur atq; coniungimur.  
 Quam subinde rerū similitudinem, de  
 granis multis in unum panem, & multis  
 racemis in eundem potum, & alij olim  
 eruditi uiri sibi uēdicarunt ad firmandā  
 catholice fidei ueritatem. Atqui in hunc  
 modum à prima institutione Christianā  
 Ecclesiam hoc sacramento fuisse usam  
 legimus, ad roborandam fidelium unita-  
 tem uel ad sartiendā discissam, ita ut qui  
 cunq; olim simul manducassent hunc  
 panem, palam testificarentur se esse con-  
 cordes

tordes in eadem fide, eodēq; Christiani dogmatis consensu. De hac re latius consule Eusebium lib. 5. cap. 24. Et quando cunq; Christianus aliquis abnegauerat Christum, aut sua sponte descuerat à fide catholica, hunc si eum uere poenituit prioris inconstantia suæ, receperunt Ecclesia, sub huius sacramenti communione, per quã rursus corpori Christi, quod est Ecclesia, ueluti peculiare membrum restituebatur, nec ire perditum sustinebatur. Inde est quod interdum hoc sacramentum solatium reconciliationis uocatur. De hoc lege Eusebium lib. 6. cap. 34. & lib. 7. cap. 8. Item Cyprianum qui sic ait: Non potestis mensæ Domini communicare & mensæ dæmoniorum. Hęc qui subtrahit fratribus nostris, decipit miseros, ut qui possunt agentes poenitentiam ueram, Deo patri ad misericordiam precibus & operibus suis satisfacere, seducantur, ut magis pereant, & qui erigere se possunt, plus cadant. Nam cum in minoribus peccatis agant peccatores poenitentem



nitentiam isto tempore, & secundum disciplinæ ordinem ad exomologesim, id est confessionem ueniant, & per manus impositionem, Episcopi & Clerici ius cōmunicationis accipiant, nunc crudo tempore, persecutione adhuc perseverante, nondum restituta Ecclesiæ ipsius pace, ad cōmunicationē admittuntur, & offeratur nomen eorū & nondum pœnitentiā facta, nondū exomologesi finita, nondū manu eius ab Episcopo aut clero imposta Eucharistia illis datur, cū scriptū sit, Qui ederit panē aut biberit calicē dñi indigne, reus erit corporis & san. domini.

Iamne aduertisti quō per omnia ipse cū patribus & patres mecū catholice sentiunt? Sed latius omnia audies ca. 5. proxime sequuturo. Vnū tm̄ attexamus necesse est, deinde coronidē, quod aiūt, addituri. S. Paulus disputaturus apud Athenas, certa ratione adstruere cōtendit, quemadmodū Deus ex una propagine omne hominū genus fecerit, sed & quia nō lōge sit ab unoquoq; nostrū. In ipso enim

enim, inquit, uiuimus, mouemur, & sumus. Quā sententiā latius inter prophanos explicaturus, prophani Prophetæ authoritate utitur, q̄ dixerit. Ipsius em̄ & genus sumus. In quo nimirum argumenti genere, duo præcipue adnotanda sunt. Primū est, quia oēs eundē patrem habemus Adam. Alterum quia in nobis Deus, & nos uicissim sumus in Deo. Sed hæc ad quod fratres? Haud dubie ad consequēdū mutue dilectionis ac unanimiatis cōsensum. Si em̄ oēs unum, iuxta naturæ ordinem habemus patrem, fieri nequit, quin inuicem simus fratres atq; sorores. Quod si hoc uerum est (imò quia uerum est) par est subinde, ut uel iniussi faciamus ea, hoc est, ut ipsi inter nos hoc simus, ad quod nos uocat præsens Sacramētum, ita ut unū corpus efficiamur. quotquot æquali natiuitatis nobilitatemur gloria. Quod si etiam secūdo, unū habemus Deum, qui non tantum in se uiuit, sed & nobis concedit uiuendi usum, citra cuius nutū nulla subsistit uita, congru

congruum est, ut hoc inter nos arctius  
conueniamus & animorum hæreamus  
glutino, idèq; non tantum inter nos, sed  
ideo etiam longe magis, quo ea ipsa con  
iunctio ad eum quoq; tendat, qui nobis  
dedit uitam, ita, ut Deus & nos planè si  
mus unum. Commune illud naturæ ius  
ex primi parentis Adam semine diffu  
sum in omnes, haud grauatim nos faciet  
amica societate fideles, & fida amicitia iū  
ctos, nec nõ firma cõcordia unanimes.  
Verè uerus ille Dei spiritus, hanc ipsam  
nostram societatem sursum tollet, ut eam  
dem nobiscum necessitudine capiatur  
ac constringatur Deus, sicq; tandem hu  
ius Sacramenti compleatur occulta intē  
tio, hoc est, ut omnes unum corpus,  
omnes unus efficiamur panis, iuxta di  
ctum Pauli. Imò tales simus, quales futu  
ros operat ipse Dei filius, quando patrem  
orās, inquit, Vt & isti in nobis unū sint  
sicut & nos unum sumus. Atqui hinc  
omnis nostri sermonis elucescit intē  
tio. Hoc siquidem in loco ego Dei sobo  
lena

lem secundum spiritum interpretor, quandoquidem ambiguum non sit, primam illam ex Adam generationem, constare carne. Omnes enim ex Adam caro tantum nati sumus, renati autem ex spiritu Dei cum essemus caro, ut iam nō solum Adam filij, sed & filij Dei sumus & nominemur. Iamne uidetur tibi satis arcta illa Dei necessitudo nobiscum? Et quæ maior possit intercedere amicitia? Proinde recte dicere possumus: Ipsius & genus sumus. Vnde: Ex Deo, inquit Ioannes, nati sunt, Et alibi, Deus manet in eis. Neque sane hac Dei sobole ac spiritus generatione alia sanctior natiuitas esse potest in terris, nec gloriosior, nec denique eximior. Cur igitur non debeamus esse cum Deo unum, imò corpus unum & anima una, iuxta quod habent nostra sponsalia, dicente Paulo: Nemo unquam suam carnem odio habuit, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam, quia membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. At

L

que

que uel ideo haud dedignatur se per hoc Sacramentum in cibum sumi, quo & certior fiat hæc unio, & nos tandem efficiamur Dñj, iuxta scripturæ promissionem. In quem sensum & nos Christiani illud Arati in Phænomenis uertimus, cōcedētes interim illi loqui de suo loue, quicquid libet animo. Similiter & Virg. sic intelligimus (authore em̄ Paulo hoc facere licebit) qui primus fuit huius Arati Hemistichij interpretis quū diceret:

*A Ioue principium Iouis sunt omnia plena.*

Et illud eiusdem Poëtæ:

*Spiritus in:us alie totosq; infusa per artus,  
Mens agitat molem.*

Atq; illud Lucani:

*Iupiter est quocunq; uidet, quocunq; moueris.*

Et illud Ouidianum:

*Est Deus in nobis agitāte calescimus illo, etc.  
Quæ quidem etiamnum si intelligenda concedimus de naturalis uitæ ratione, quā cuiq; uiuentium communem cum cæteris concessit Deus, tamen in præsentia dicta uolumus de spiritali generatione, qua sola Dei filij efficiamur, quo utriusq;*

triusq; partis natiuitas, utriusq; dilectio-  
nis pietas, cum erga homines, tum erga  
Deum, unum ex Deo atq; nobis efficiat  
populum. Hoc nēpe postulat & ipsius  
sacramenti intentio. Neq; enim sola ex  
Adam natiuitas, quæ carne constat tan-  
tum, hanc inter nos firmat concordia,   
sed diuina potius natiuitas, quæ ex spiri-  
tu consistit, talem efficit incorporatio-  
nem, interueniēte tanti mysterij uirtute.

## ANNO TATIONES.

Plato cū sua ciuitate. Plato de repub. libros scri-  
psit, in quibus mire depinxit qualis esse debeat ciui-  
tas, ut nulla sit dissensio, nulla discordia, sed uoto ui-  
uatur eodē. Meminit horū Macrob. in Somn. Scip.  
& Tull. 2. li. de Tust. Quæst. Sed & noster Aug. lib.  
2. de Ciu. dei. cap. 14. An forte, inquit, Platoni Græ-  
co potius palma dāda est, qui cū ratione firmaret,  
qualis esse ciuitas debeat, tanq; aduersarios ciuitatis  
Poetas censuit urbe pellendos. Noluit enim horū fi-  
gmentis animos ciuiū fuscari corrūpiq;. Ceterū q;  
addit Vuicelius, necdum extructa, non satis intelli-  
go, nisi fortasse putet eiusmodi ciuitatem raram es-  
se inuentu, in qua nō interdum dissideant ciues ipsi.  
Certe nos ob librorum penuriam non possumus ita

omnia ad amussim expendere. Proinde in talibus explicandis exercitior lector nobis debet esse uicarius.

Pythagoras suo laud. Cœnobio. ) Et hic ranam Scriphiam fuisse oportuit, nisi Auli Gellij commentarij incidissent in manus, utcunq; semilacerati. Is enim lib. 8. Noctium Atticarum capite 9. ita inquit: Sed et id quoq; non prætereundum est, quòd omnes simul, qui à Pythagora in cohortem illam disciplinarum recepti erant, quod quisq; familie pecuniæq; habebant, in medium dabant. Et cohibebatur societas inseparabilis, tanquam illud fuerit antiquum cõsortium, quod re atq; uerbo Romano appellatur κοινώσιον, id est, contubernium.

Dauid & Ionathas. ) Horum mutuam necessitudinem luculentissime explicat primus Regum liber. Nam sic habes capite 13. Factum est cum completisset Dauid loqui ad Saul, anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam, Et ibidem sepius in hunc modum.

Pylades & Orestes. ) Philelphus in Epistolis, quatuor scribit fuisse amicorum paria, priscorum memoria maxime celebrata. Theseum & Perithoum, qui pariter ad inferos descendentes, ut Proserpinam raperent à Cerbero, inibi detenti sunt, uti fabulatur Virgil. Aen. 6. Vnde Horatius ad Torquæ-

Nec

Nec Lethæa ualet Theseus abrumpere charo  
Vincula Perithoo.

Alterum amicorum par fuisse Achillem & Patro-  
clum. Is enim cum eadem in patria fecisset, fugit in  
Thessaliã ad Peleum regem, cuius filio Achilli cha-  
rissimus factus, tandem cum illo profectus est ad  
bellum Troianum. Cum autem Achilles iratus ob-  
raptam sibi ab Agamemnone amicam, pugnare nol-  
let, Patroclus eius arma induit, & sic territorus  
Troianos, in pugnam uenit. Verum ab Hectore oc-  
census causa fuit, ut Achilles ad prælia rediret ac He-  
ctorem necaret.

Tertium, Oresten & Pyladem fuisse aiunt. O-  
restes enim Agamemnonis & Clytemnestræ filius,  
tandem ipsam suam matrem occidit, eo quòd illa pa-  
trem occidisset. Deinde Pyrrhum Achillis filium,  
qui Hermionem sibi prius desponsatam uxorem du-  
xerat, occidit clam in templo, & Hermionem rece-  
pit. Postea furiosus ob hæc scelera factus, uagaba-  
tur, & custodiente se Pylade amico fidelissimo, ue-  
nit in regionem Tauricam. Et cum esset occidendus  
(in ea enim regione solebant aduenæ immolari Dia-  
ne) eius loco Pylades sese obtulit ultro morti. Ve-  
rum ob inauditam amicitiarum fidem utrisq; dona-  
ta est uita. Meminit horum & Valerius Max. li. 4.  
cap. 7. Tenacius, inquiens, eorum nomina posterita-  
tis me



tis memoria apprehendit, qui aduersos amicorum casus non deseruerunt, quam qui prosperum iute cursum comitati sunt. Nemo de Sardanapali familiaribus loquitur. Orestes Pylade penè amico, quam Agamemnone patre notior est. Siquidem illorum amicitia in consortione deliciarum & luxuriæ contabuit, horum duræ atq; asperæ conditionis solatium, ipsarum miseriarum experimento emittit.

Quantum par fuisse dicunt Damon & Pythias an.) Miror quomodo Viciellius dixerit Pylas, quum nec apud Philelphum nec apud Valerium cõsentiat nominis ratio. Fortassis emendatiora exemplaria secutus est, aut memoria lapsus. Historia extat apud Valerium libro quarto capite septimo. Damon, inquit, & Pythias, Pythagoricæ prudentiæ sacris initiati, tam fidelem inter se amicitiam iunxerunt, ut cum alterum ex his Dionysius Syracusanus interficere uellet, atque is tempus ab eo, quo priusq̃ periret, domũ profectus res suas ordinaret impetrauisset, alter uadẽ se pro reditu eius Tyranno dare nõ dubitauit. Solutus erat p̃riculo mortis, qui modo gladio ceruices subiectas habuerat, eidẽq; caput suum subiecerat, cui securo uiuere licebat. Igitur omnes & imprimis Dionysius nouæ atq; antiquis rei exitum speculabatur. Appropinquante de-

inde

inde finita die, nec illo redeunte, unusquisq; stultitiae tam temerarium sponforem damnabat, At is nihil se de amici constantia metuere praedicabat. Eodem autem momento & hora à Dionysio constituta, qui eam acceperat superuenit, admiratus amborum animū Tyrānus supplicium fidei remisit. Insuperq; eos rogauit, ut se in societate amicitiae, tertium sodalitij gradū ultima culturū beneuolētia reciperent.

Ad Colophonā. ) Pro eo quod est ad summā argumenti uenire. κολοφών enim capitis uertex dicitur, Potior autē hominis pars caput est, sed & suprema pars hominis, unde interdū Colophonē addere dicimus pro eo q; est ultimā manū operi imponere.

Inescat sal. d. nu. phrenesi. ) Phrenesis proprie insania siue mentis alienatio dicitur ἀπὸ τοῦ φρεσιντιξαι, quod est insanire. Verum hic fit elegans ἀντιμεταβολή, id est, cōmutatio, dū additur salutarī, ut intelligas ita hominē in hac Eucharistia prorsus mundo mori & caelestiū rerū amore capi, ut cū iuxta Pauli uocem stultus fiat mundo, tamen uere sapiens sit in Christo.

Remesse cū fungis. ) Hoc est, cum imbecillibus & hominibus nihili. Fungi mollicies ac fragilitas locum dedit Adagio.

Athan. med. immort. uocat. ) Cōmodū inter ipsas annotationes occurrūt ipsius Ignatij uerb. Sic enim

habes Epistola 10. ad Ephes. State ergo fratres firmi in fide Iesu Christi, & in dilectione eius, atque resurrectione omnes, in omnibus enim his gratia. In eius nomine congregamini communiter in una fide Dei patris & Christi filij eius unigeniti, obedientes Episcopo & presbytero, impræuaricabili sensu frangentes panem, qui est medicamentum immortalitatis, antidotum non moriendi, sed uiuendi per Iesum Christum in Deo, catharticum expellens malum sic in uobis. Atque hæc in contextum referenda atque respondenda erunt.

Porro catharticum simile quid sonat quasi purificatorium, unde cathartica dicuntur purgatoria, qualia sunt Catapotia medicorum, id est, pilule quas deglutimus ad deijciendam aluum, à καθαρισμός, id est, mundo, purifico, unde καθαρισμός, id est, purgatio, & καθαρτικός, id est, purgator.

Coronidem addituri.) Coronidem addere dicimus, cum extremum rei cuiuspiam finem significamus.

Eusebium lege lib. 5. cap. 24.) Quo minus huius uerba in contextum retulerim, in causa fuit prolixioris sententiæ fastidium. Est quippe in eo loco longa controuersia & disceptatio Patrum de celebratione Paschæ. Quæ autem recitat uerba sunt Irenæi Episcopi. Denique ait: Et tamen nihilominus omnes isti,

isti, etiam cum in obseruantia uariarent inter se-  
metipsos, & nobiscum pacifici fuerunt semper &  
sunt, nec dissonantia ieiunij fidei consonantiam ru-  
pit. Nam illi omnes ante Sortherem presbyteri, qui  
Ecclesiæ cui tu nunc præes (Victori Rom. urbis E-  
piscopo loquitur) sacerdotium tenuerunt, neq; ita  
tenuerunt, neq; hi qui cum ipsis erant, & tamen cū  
ipsi ita non obseruarent pacem, semper habuerunt  
cum illis Ecclesijs, quæ hunc obseruantie morem te-  
nebant, cum utiq; & ipsis contrarium uideretur,  
quod non etiam cæteri similiter obseruarent. Nun-  
quam tamen ob hoc repulsi sunt aliqui ab Ecclesiæ  
societate, ut uenientes ab illis partibus, non sint su-  
scepti, imò potius & omnes presbyteri, qui fuerūt  
ante te, omnibus semper qui nō ita obseruabāt pres-  
byteris, Ecclesiarum Eucharistiā solenniter trans-  
mittebant, &c. Quorsum hæc tam longe repetita?  
Nimirum eò spectant, Vnicelio teste, ut cōstet omni-  
bus hoc Sacramentum esse datum ad roborandam  
confirmandamq; credentium pacem.

Et lib. 7. cap. 8. ) In hoc capite loquitur de quo-  
dam fratre qui non contentus accepto semel ab Hæ-  
reticis baptismo, exorabat se mundari & purifi-  
cari Ecclesiastico baptismo, ut gratiam posset cō-  
sequi spiritus sancti. Quod ego, inquit (ibidem Dio-  
nysius) facere ausus non fui, sed dixi posse ei suffice-  
re tam

re tam multi temporis communionem, quam in Ecclesia consecutus est per hoc quod à nobis Eucharistiæ suscipiens donum, respōderet amen, ex quo & per singula potuisset in Sacramentorum uirtute purgari. Cohortabatur igitur eum debere credere uirtuti suæ, & conscientia iam purgatæ, & ante omnia quòd tam diu in Sacramentis nobis iam particeps fuerit, &c. Ex hisce omnibus aperte liquet altaris Sacramentum esse quoddam solatium reconciliationis, eo quòd & lapsis speranda pietatis auget fiduciam, & afflictis conferat solatium reconciliatæ pacis inter Deum & homines.

Paulus apud Athenie. dispu.) Habes hoc in actis cap. 17, Vbi Paulus in Martis curia disputans, Aratum testem uocat. Ipsius enim & genus sumus, quod græce dicitur τὸ γὰρ ἡμεῖς γένος ἑσμεῖν. Et est Hemistichium Arati in Phanomenis quod opus adhuc extat.

Authore enim Paulo hoc facere licet.) Quomodo? Videlicet quod is plerumq; in re scribatatur autoritate gentilium philosophorum. Sic Epimenidis poetæ uersiculo abusus est scribens ad Titum: κρητες ἀεὶ ψεύσαι κακὰ θηρία γαστέρες ἀργαί, id est, Cretenses semper mendaces, male bestie, uentres pigri In alia quoq; Epist. Menandri ponit senariū φοδείρουσιν γὰρ ἦνθα χηνοῦ ὀμίλιαι κακά

et ueraci, id est, corruptum enim mores bonos collo-  
quia mala. Et ne parū hoc sit, ductor, inquit Hiero-  
Christiani exercitus & orator inuictus pro Chri-  
sto causam agens, etiā inscriptionē fortuitā arte tor-  
quet in argumentū fidei. Didicerat enim à uero Da-  
uid extorquere de manibus hostiū gladium & Go-  
liath superbissimi caput proprio mucrone truncare.

## C A P V T V .



QVinto, operæ precium factu-  
rus uideor, si de perceptiōe hu-  
ius Eucharistiæ non nihil com-  
memorem, præsertim ob ho-  
rum temporum iniquitatem & nimiam  
licentiam, quando hodie maior pars uul-  
gi, magis ex sui fidutiā, quàm ex tãti my-  
sterij reuerentia accedat hanc sacri con-  
uiuij mensam. Ideo q̄ uolumus & hunc  
articulū more nostro solidis scripturæ ar-  
gumentis cōmunire, ne quid uideamur  
fragere ex proprijs. Dabit aut̄ huic mu-  
neri initium insignis illa Pauli tuba, qua  
p̄eco fortissimus omnibus omnium ho-  
minū intonat auribus dicens: Quicumq̄  
manducauerit panē hunc, & calicē dñi  
biberit ind. reus erit cor. &c. Et iterum:  
Qui

Qui manducat & bibit indigne, iudiciū sibi manducat & bibit. Quibus ex uerbis nos conuenit merito prudentiores fieri, quo ad percipienda tanti Sacramenti mysteria, mens humana paratior atq; diligentior sit in exercēdis uirtutum studijs. Neq; enim hæc Apostolum temere excogitasse putemus, aut, quod dici solet, suxisse ex digito, quin potius credamus eum, ita, quod & supra testatus est, accepisse à Domino. Et quo certius eum hæc dixisse serio constaret, iterum atq; iterum eadem repetit aduersum eos qui indigne accedunt. Etenim etiam nū si semel dictum sufficeret, tamen crebrior repetitio auget rerum fidem, ita ut nihil superfluum sit, nihil sit irritum uel ad minimum iota usq;. Afferit enim ingens & indelebile committi à nobis facinus, si indigne accesserimus, utcunq; hodie personati nostri Mimi, rem leuem existiment & nihili. Equidem reum esse corporis & sanguinis domini, nō quod libet peccatum est, sed insigne quoddā crimen

crimen ex contemptu Dei profectum. Neque enim aliud est quam homicidium quasi aliquod perpetrare in dominum, iuxta quod & diuus exponit Ambrosius, in hunc scribens modum: Quoniam futurum est iudicium, ideo præmonet ut secundum ordinem traditum, deuota mens sit accedentis ad Eucharistiam domini, ut quæadmodum accedit unusquisque, reddat causas in die domini Iesu Christi, quia sine disciplina traditionis & conuersationis, qui accedunt, rei sunt corporis & sanguinis domini. Quid est autem reos esse, nisi pœnas dare mortis domini: Occisus enim est pro his qui beneficium eius in irritum ducunt. Quid iam obsecro nequius committi possit ab homine: aut quæ possit maior esse iniquitas? Atqui huic malo accedit & alia grauior animæ iactura, cum indigne sumis hanc Eucharistiam, nimirum horrendum illud iudicium, sub quod addendus eris supplicijs æternis. Quid enim aliud est, iudicium sibi manducare & bibere,



bere, quàm esse obnoxium extremi iudicij seueritati, aut certe in hoc quoque corpore diuersis exagitari morborum infirmitatibus, ne maneat inultum tam grande facinus, & detestandus contemptus, uti clarius subinde exponit Paulus. Quàm itaque salutare cum corpori tum animæ est, digne hanc accedere mensam, tam noxium contra est & exitiale toti (quãtus est) homini, accedere indigne. Proinde utrumque perpende, & cogita, quia nec alibi maior fructus, nec euiam lætalius exitium. Multi sunt qui huic quotidie participant mensæ, alij singulis hebdomadis, alij singulo quique mense, & ne pilo quidem meliores, quin longe improbiores, & homines redduntur magis nequam. Quid causæ est? Aliud sanè nihil, quàm indigna perceptio, propter quã eos punit Deus. Nam licet corpore ualeant & nitidæ ac bene curatæ cutis sint, tamen paulatim iniquitatẽ iniquitate cumulant, trahentes quasi funiculum longa iniquitatis firmata, eo quòd  
eorum

eorum animi & infirmi sint, & ut propius scopum attingam, semiuui torpescant. Nec hoc cuiquam mirum aut nouum uideri debet. Castigat enim Deus interdum peccatum peccato, & filios male obediētes in reprobū dat sensum, ut faciant ea quæ non conueniunt. Iudas Iscariothes indignè manducauit hunc panem, & tam audax facinus & facinorosam audaciam statim successit aliud iniquitatis sodalitiū, hoc est proditio magistri, & diffidentia adsequendæ ueniæ. Equidem post buccellam, inquit scriptura, intrauit statim in eum Sathanas. Vbi autem Sathanas, illic nullus uirtutis locus esse potest. Nolumus hic explicare eum nodum quo inter se & dissident & uariant **HILARIUS** & **AUGUSTINVS**, quorum hic adfirmat Iudam accepisse corpus dominicum, alter negat, cui contentioni sese ingerit **ALGERVS**, & nodum soluit. Nos id modo uersamus,

& ceu

& ceu dígito demonstramus, quem  
 admodum Paulus sub tam detestan-  
 di criminis & tam horrendi suppli-  
 cij iudicio, interdicat omnibus indigne  
 sumentibus huius Sacramenti commu-  
 niõe. Atqui hæc scire uel imprimis oportuit  
 uniuersos, quo sacerdotes pariter &  
 laici talem in se paratam diuinitus uindi-  
 ctam non ambigant, matureq; sibimet-  
 ipsis consulant, ac caueant à tanto cor-  
 porum & animarum dispendio. Pauli  
 uerba hèreãt semper nostris animis, quo  
 & nostra corda à iocis abducant, & ad  
 seria instituant. Primũ aut hinc discimus  
 eum qui male accesserit reum esse mor-  
 tis Christi. Deinde huic instare districtã  
 æterni iudicij animaduersionem ex tanti  
 mysterij contemptu. O iustum iudicem,  
 & ô grauem iusti iudicis sententiam, &  
 quis accusabit eum? Hæc charissimi non  
 ideo à nobis dicuntur, ut quempiam de-  
 ijctant aut à mensa domini deterreant,  
 sed quo omnes commonefaciant debi-  
 tæ reuerentiæ, cautosq; reddant ac des-  
 uotos

uotos circa tantorum myſteriorū parti-  
cipatiōem. Potes imò & debes crebrius  
frui hac menſa, nam et in eū uſum institu-  
ta eſt, tantum diligenter aduerte qualis  
ſemper accedas. Huc enim potiffimum  
ſpectat ſalutaris illa Pauli paræneſis: Pro-  
bet autem ſeipſum homo, & ſic de pane  
illo edat, & de calice bibat. Idem enim  
eſt ac ſi aperte diceret: Tu quiſquis ille  
es, qui nolis huic menſæ participare, in  
animæ diſpendium & condemnationē  
tui, prius teipſum noſce & iuſto exami-  
ne proba. Hæc autem tui notitia & iuſti  
examinis iudicium, in teipſo conſiſtunt.  
Nemini enim exploratū eſt, qualis quiſ-  
que ſit, niſi ſpiritus eius qui habitat in eo  
reuelauerit ei. Itaq; ſis tuiipſius ſeuerus  
iudex, & iuſtus examinador, diligēterq;  
circumſpice cuncta, perpende uniuerſa,  
rectaq; trutina metire omnia, tandemq;  
ſerio ad calculum reuoca ſingulas cum  
corporis tum animi actiones. Iam enim  
ſuppedit tempus, quo & mala corrige-  
re poteris, & te melioribus institutis of-  
ferre.

M

ferre.

ferre. Præterea recipe te intra tui cordis secreta, excute omnem conscientiam tuam, cuius unius testimonium tibi soli & nemini alteri compertum est. Hic si tibi recte conuenit cum Deo, hoc est, si es uere Christianus, si uiuum Ecclesiæ membrum & iustitiæ cultor, securus accede hanc mensam, senturus magnum pietatis fructum, efficacemq; diuini numinis opem. Sin minus bene tibi conscius es, hoc est, si falsus Christianus es, si uariæ fidei sectator, si Euāgelicæ doctrinæ dubius auditor, si sectarū confors, si Ecclesiæ mastix, si Christianæ unitatis contemp-  
tor, si seruandæ charitatis negligens, si improbæ uitæ mancipium, subducito te ab huius mensæ communionē, siquidē eiusmodi hominēq; instituta neque parata sunt huius cōuiuīj mysteria. Nec dubium, quin is sit germanus Paulinæ probæ sensus, nisi prorsus nobis illudat eius capitis tum uerborum splendor, tum ordo circumstantiarum. Neque em̄ potest esse obscurum ex hisce uerbis, qd  
uo<sup>o</sup>

uocet Paulus indigne manducare panē  
 hunc & calicem bibere, Scilicet, citra re-  
 ctam ac puram tuæ conscientiaē testifica-  
 tionem accedere, aut uelle etiam mandu-  
 care uel inuita & reluctante conscientia,  
 qua te nosti improbiorem quàm ut sis  
 dignus unà cum ceteris Christifidelibus  
 huic participare conuiuio. Sic quoq; in-  
 digne comedit hunc panem, qui quis  
 nequiter & sub fidei specie Christianam  
 simulat religionem, & cui Christi doctri-  
 na pariter & uita aut ludo est aut nihil cu-  
 ræ, quiq; ex suo uoto carnis obtemperat  
 iussis, & ceu prophanus diuersis rapi-  
 tur uoluptatum illecebris, nec Dei me-  
 mor, nec æternæ uitæ competitor, quin  
 imò suscipit deceptus fert siue augetur Chri-  
 stiana fides, siue infirmetur, nec quicquam  
 interesse putat, inualeat ne do-  
 ctрина Euangelica, an intereat fundi-  
 tus, & eiusdem æstimat, hoc est, æqua-  
 li in discrimine ponit, utra pars ui-  
 tricia referat signa, id est, utra  
 uincat, uel Hæreticorum perfidia,

uel succumbat Ecclesiæ ueritas, modò  
 spes affulgeat nummi, & placida aspirēt  
 ociã uitæ. Præcipue tamen ante alios hac  
 mensa indignus est Hæreticus, hoc est,  
 alieni ab Ecclesia instituti sectator, qui  
 nouis dogmatis rescindit Ecclesiæ unis  
 tatem, & infirmis animis scandalum par  
 rit ad ruinam, Is, inquam, qui sibi suisq̃  
 peculiarem statuens ac comminiscens  
 Ecclesiam, segregatim docet, peregrinū  
 cultū præscribit, alienum usum inducit,  
 quem & scriptura nescit, & pristina ne  
 gat Ecclesiæ consuetudo. Et qua ñ ratio  
 ne digne possent accipere Christi cor  
 pus, quum ipsi in tot sectas, totq̃ diuersa  
 inter se uitæ studia diuidant Christum?  
 Poterit ne is esse dignus mysterijs Chri  
 sti, qui tam arroganter tamq̃ pertinaci  
 ter horum negligit imò contemnit mys  
 ticam significationem? Hoc sacramen  
 tum Christianam firmat unitatem,  
 contra Hæreticus inuidiam substruit, ex  
 citat contentiones, odium nutrit. Huius  
 mysterij ratio, uno eodemq̃ nos pacis  
 gloriã

glutinat uinculo, quum contrà Hæreticus discordiam seminet, conuocet seditiones, solumq; ea capiatur uoluptate, si Christianus populus mutuis concidat uulneribus, quum uel ex timore Dei, uel ex Ecclesiæ reuerentia, suos uidet ire lusum conatus. Sic tertio, hunc cibum indignè māducat publice criminofus, qui sese subinde nouis (ceu sus in uolutabro luti) conspergit ac inuoluit peccatorum inuolucris, qui letatur in rebus pessimis, & ex consensu alienis communicat delictis, qui prudentiæ uerba non recipit, & honestos detestatur mores, quiq; probitatem subsannat, & recta uirtutis opera haud ingrata Deo, Reginocerotis naso detorquet ad iocos. Itē indigne manducat omnis libidinosus, auarus, idololatra, periurus, blasphemus, temulentus, atque alienæ possessionis uiolentus depopulator. Etenim si cum eo qui eiusmodi est ne uulgarem cibum quidē, ut Pauli habet præceptum, capere debet Christianus, quanto minus cum tali, aut talis cū



ipso debet communicare huic sacro cibo: Et quum illiusmodi (adnumeratis interim mollibus ac masculorum concubitoribus) regnum Dei nequeant hereditare, uti adfirmat Paulus, qua digna obsecratione hunc subinde manducabunt cibum? Certe indigni sunt uel quotidiani uictus alimonia, nedum diuini numinis gratia, tantique praesidio cibi. Hoc nos aperte Apostol. apud Ephes. docet, quum inquit: Hoc scitote, intelligentes quod omnis fornicator, aut immundus, &c. non habet hereditatem in regno Christi & Dei. Similia & praedicat Gala. cum ait: Manifesta sunt opera carnis, quae sunt, Fornicatio, immunditia, &c. quae praedico uobis sicut & praedixi, quonia qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Cernis' ne hic multo plura a Paulo recitari, quam nos posuimus qui indignum faciunt accedentem sacra synaxi? Sanè ipsi quoque Corint. partim castigantur ab Apost. quod indigne sese ingesserat huic coenae, quam nec ipsam causam supprimit ob quam indigne

digne cōmunicarant mysterijs sanctis, imò potius palam ostendit omnibus quod intercesserat uitij, quòd eos parum dignos, parumq; effecerit habiles participandis cibus diuinis. Erant quippe inter se diuisi, ac singuli suos habebant Ecclesiastas, hoc est, contentiosi erāt ac discordes, & tamen fidenter recipiebant unitatis mysteria. Atq; hæc etiamnum est illa extrema indignitas, & summa ignominia, quæ & nostris temporibus male defertur tam sacrosancto mysterio, & ab is potissimum, qui horum dissidiõrũ multumq; authores sunt, eaq; in hunc usque diem summa cum audacia ac impunitate tuentur ac fouent, suisq; inconditis laudibus, ac impudentissimis linguis in cœlum usq; ferunt. Ad hæc Paulus ipse grauiter inuehit in eosdem Corinthios, quòd quisque præsumperit propriam cœnam manducare, & quòd uno esuriente, alter ebrius erat, &c. Quæ licet conuiuandi consuetudo, iam pridem ex Ecclesia sublata

M 4 sit,

sit, tamen haud multo huic dissimilis co-  
 messatio & hodie perseverat inter Chri-  
 stianos, quæ nos pari ratione facit indi-  
 gnos percipiēdis mysterijs sanctis. Quæ  
 est illa? Scilicet proprii lucri studium, ra-  
 ra subleuandis miseris cura, & delicata  
 inter pocula nitentesq; mensas uita. An-  
 ne hæc pulchre conueniunt cum Corin-  
 thiaticis epulis? Adde his, quod Corinthij  
 contemnebant Ecclesiam Dei, & con-  
 fundebant proximos in eo, quia nihil in-  
 teresse putabant, quomodo aut ubi con-  
 uiuarent, domi'ne an foris, quin & mu-  
 tuis uoluptatum studijs inter se certa-  
 bant, quem quis uel luxu' ciborum, uel  
 sumptuum gloria superare posset. Ita est  
 & hodie uidere inter nostros hoc genus  
 iactantiæ, utcunq; hoc olim Corinthia-  
 cum deliciarum genus nostris oculis si-  
 cut & pleraq; eius generis alia, sub duxe-  
 rit diligens illa ac uere pia Ecclesiæ cu-  
 ra. Quàm multi hodie sunt, qui iustorū  
 Ecclesiam illudentes, sua sequuntur con-  
 uenticula, & post greges porcorum cō-  
 gerunt

gerunt siliquas? Sunt & qui in templis  
 ubi conspicitur Ecclesia Dei, idem sibi li-  
 cere putant, quæ uel in foro, uel in pro-  
 prijs domibus. Nec ab is longe fuerit,  
 (si modo par suppeteret maliciæ facul-  
 tas) quin ex ipsa domo Dei redderent  
 aut tabernas publicas, aut impura thea-  
 tra, atq; adeo speluncas latronum, præ-  
 fertim cū nihil interesse uelint, inter do-  
 mum orationis & emporium negotiati-  
 onis. Quorum etiam partes haud segni-  
 ter fouet atq; tuetur nouum illud Chri-  
 stianæ, imò diabolicæ libertatis dogma.  
 Quâquam hi ipsi, de quibus loquimur,  
 impurissimi ac perinde indigni tanto sa-  
 cramēto illusores, uel primi adsint huic  
 diuinæ mensæ, nec solum adsint, uerum  
 potius præsent ac primas sibi ante alios  
 uendicent ad capeffendum hunc salutis  
 cibum. Sic & diuitum plurimi in hunc  
 usq; diem sub perceptione huius Eucha-  
 ristix comessantur, conuiuiorumq; fre-  
 quantant orbes, proinde quasi in hasce  
 delicias, atq; pompas institutum sit, ex

M S qui-

quibus Christi pauperes ( quorum inopi-  
 am diuitum sumptibus leuatam o-  
 portuit ) confundantur, cum nequeunt  
 sua tenuitate horum respōdere epulis, et  
 tanto hinc perfidiæ interdum præten-  
 tentur scandalo, ut frequenter dubitare  
 possent, pertineant'ne ad huius Sacra-  
 menti communionem, uel si potius niti-  
 di illi epulones sacrationi, aut magis salu-  
 tari participant mensæ à reliquo creden-  
 tium uulgo.

Ex his iam liquido cōstat, quòd illa  
 indigna comestio, ad solam nostræ uitæ  
 pertineat rationem, ac denotet incompo-  
 sitos mores, & perniciosam peccandi cō-  
 suetudinem, ita nimirum, ut homo necesse  
 indignus sit, qui uel leuiter ex hoc sacro  
 cibo gustet, eo quòd impius & nequam  
 sit. Vult equidem hæc dominica cœna  
 habere conuiuas se dignos, quibus  
 subinde & ipsa digna sit. Nempe, quòd  
 eiusmodi conuiuiō dignabitur adesse  
 sacri spiritus numen, & certa spes salu-  
 tis perpetuæ. Sancta est hæc cœna, &  
 sanctos

sanctos ac puros recipit, maxime eos, qui sese puros & defecatos à grauioribus peccatis conseruant, & ab his quoque quæ cauere haud difficile fuerit. Porro is qui in perpetuis dissidijs & quotidiana cum proximo uiuit contentiõne, atq; adeo sarcindæ concordiaë negligens fuerit, ut nec uelit reconciliari fratri suo, & potius pascatur odio & exitialibus (ceu æquore piscis) saginetur iurgijs, is inquã planè ab omni spiritus pinguedine contabescet, peribitq; è cœtu fidelium, ceu prophanus, cuius imaginem refert. Oportet enim sub huius Sacramenti perceptione, puram ac synceram uniuscuiusq; conscientiam esse, quæ & Christiani hominis exhilaret mētem, & tali cibo efficiat dignam. Si cui pura est conscientia, & recta animi intentio, is abunde satis compositus est cum Ecclesia Dei participare mensę Christi. Cōtrà, si quis audax Herostrius indigne hunc cibū, atq; adeo impuro contigerit ore, coinquinatisq; exceperit præcordijs, in eum

in eum longe grauius animaduertetur, (quemadmodum Pauli indicat sententia) quam est animaduersum in Ozamillum, qui temere indignas fulciendæ domini arce iniecit manus, quin etiam multo grauiorem pendet pœnam, q̄ Bethsaimitæ illi, qui tãtummodo hanc impuris cõspexerãt oculis. Quamobrem nec inscite huic nostro proposito conuenit illud Elegiographi:

*Procul hinc procul esto prohpane.*

Nec id iniuria, Quum enim Hyerothercas ac sacras Diuorum reliquias putridis non obuoluamus pannis nec cara opobalsami ungenta corruptis cõmittamus utribus, qua audacia Christi corpus, imò & sanguinem putrido & lutulento excipiemus animo, qua, inquam, temeritate hæc sancta, non solũ criminosa excipiemus conscientia, sed & foetido sepeliemus cadauere? Equidem nihil à cadauere differt homo talis (nisi in quantum homo est) cum uiuens mortuus sit, ut loquitur Paulus de consimilibus. Verum

rum ualeant qui eiusmodi sunt, quando quidem ea cœna credentium duntaxat cibis sit, non infidelium, neq; eorū qui ore confitentur se nosse Christum, et negant operibus. Interea ea ipsa dictio, indigne, infra latius explicabitur.

Proinde hæctenus huius perceptio- nis summa fastigia ceu scopum quendā ac certum signum ostendit nobis Pau- lus, Cui nos subinde quasi aurū atq; ar- gentū adstruemus quicquid nos, nostra catholica Ecclesia per Orthodoxorum suorum patrum salutare catechismos edocet, nobisq; fideliter præscribit. Tan- tum audeant uniuersi (ex re quippe o- mnium erit) nec offendatur quispiam si secus de suis mysterijs nostra tradat Ec- clesia, quàm de suis nobis definiant liti- giosa hæreticorum conciliabula.

Itaq; diuus ille Dionysius Arcopa- gita euidenter in sua Eccl. Hier. ostendit quemadmodum foras olim pelleban- tur Catechumini atq; Energumini sub- diuine communiōis horam. At namq;  
Itaq;



Itaque Pontifex quidem, ubi orationem sanctam supra diuinum altare per egit, ex ipso incensum adolere inchoans, omnem phani ambitum circuit, demum ad sanctum altare iterum rediens, Psalmorum incipit melos, continentibus secum sacra carmina omnibus ecclesiastici ordinis gradibus, deinde ministrorum officio, sanctarum scripturarum lectio suo ordine recitatur. Post hæc extra delubrum Catechumini fiunt, & cum ipsis Energumini, & hi quoque, qui in poenitentia sunt, manent autem intus soli qui diuina spectare merentur atque percipere. Et iterum: Porro Catechuminos, inquit, & Energuminos, & eos qui in præsentia sunt sacrosancta Sacerdotalis institutio, Psalmodiam quidem plebam & diuinam sanctarum scripturarum lectionem audire permittit, ad ea uero quæ deinceps in hostiæ salutaris oblatione geruntur contuenda, non hos planè, sed perfectos & tantæ rei di-

rei dignorum admittit obtutus. Est enim diuinus sacer ordo sanctæ iustitiæ plenus, & unicuique pro meritis digna salubriter diuidit, congruam singulis diuinarum rerum participationem (iuxta illorum modum & ratioem) suo tempore sacratius largiens. Arcet enim purissima illa & syncera per omnia uox, eos quoque qui diuina digne sumuntibus munera, coniungi connectique non possunt, Et longe profecto magis prophana & impura illorum turba erit, qui passibiliter iactandos se fœdis uoluptatibus præstant, & ab aspectu omni & communionem Sacramentorum prorsus aliena. Eos siquidem qui ad Sacramenta cœlestia conficienda procedunt, ea oportet esse munditia, ut ipsas quoque animæ extremas imagines purgatas habeant, sicque ad referenda mysteria (quanta fas est) similitudine puritatis accedere. Ita enim liquidiore diuine apparitionis luce cingetur eximie illis atque altissimis fulgoribus in secula  
ad sui

ad sui similitudinem lucentia uberius atque  
 quelympidius proprium immittētib<sup>us</sup>  
 iubar, atque subinde adiungit, quemad-  
 modum & sacerdotes olim precaban-  
 tur Deum, quo se dignos unā cum cæte-  
 ris tantis faceret myſterijs percipiendis  
 iuxta Christi imitationem. Hinc iam, in-  
 quit, uenerandus Antistes diuinis altari-  
 bus aſtans, ſancta & diuina laudat Ieſu  
 opera, quæ ineffabilis prouidentię ratio-  
 ne in ſalutem generis noſtri, uoluntate  
 ſanctiſſimi patris in ſpirituſancto, ut elo-  
 quia diuina tradūt, cōſummauit. Peracta  
 uero laude uenerandaq; ipſorum & in-  
 telligibili ſpeculatione ſpiritualibus inſpe-  
 cta luminibus, tum uero etiam ad ſacra  
 myſteria in ſignis celebranda progredie-  
 tur, idq; ex traditione diuina. Quocirca  
 reuerēter ſimul & ex pontificali officio  
 poſt ſacras diuinorum operum laudes,  
 quòd hoſtiam ſalutarem ( quæ ſupra  
 ipſum eſt ) litet, ſe excuſat, ad ipſum pri-  
 mo decēter exclamans: Tu dixiſti, Hoc  
 facite in meam commemoratiōem. De-  
 inde

inde tanto ministerio ad imitationē Dei  
instituto dignus fieri postulat, & similis  
ipsi Christo pro uiribus euadere, ut &  
Sacramenta sancte conficiat, & caste di-  
stribuat, & qui ad cōmunionem accessu-  
ri sunt, digne participant, sicq; ueneran-  
dissima mysteria consummat, & laudata  
oculis subiicit, in signis sancte proposi-  
tis. Hæc ille. Sic Irenæus iterum atq; ite-  
rum meminit de puritate conscientie cir-  
ca sacrificium altaris. Ait namq; sic: Igi-  
tur Ecclesiæ oblatio, quam dominus do-  
cuit offerri in uniuerso mundo, purum  
sacrificium reputatum est apud Deum,  
& acceptum est ei, non quod indigeat a  
nobis sacrificium, sed quoniam is qui  
offert glorificatur ipse in eo quod offert  
si acceptetur munus eius. Per munus em̄  
erga regē & honos & affectio ostendi-  
tur, quod in omni simplicitate & inno-  
centia dominus uolens nos offerre, præ-  
dicauit dicēs: Cum offers munus tuum  
ad altare, & recordatus, &c. Itemq; Nō  
sacrificia sanctificant hominem, non em̄  
N indiget

indiget sacrificio Deus, sed conscientia eius qui offert sanctificat sacrificium, pura existēs, & prestat acceptare Deū quasi ab amico. Quoniam igitur cū simplicitate Ecclesia offert, iuste munus eius purum sacrificium apud Deum deputatū est. Quemadmodum & Paulus Philipensibus ait: Repletus sum acceptis ab Epaphrodito quæ à uobis missa sunt in odorem suauitatis, hostiam acceptabilē, placentem Deo. Oportet enim nos oblationem Deo facere, & in omnibus gratos inueniri fabricatori Deo, in sententia pura, & fide sine hypocrisi, in spe firma, in dilectione feruenti, primitias eorum quæ sunt eius creaturarum offerentes, et hanc oblationem Ecclesia sola puram offeret fabricatori, offerens ei cum gratitudinē ex creatura eius. Sed hoc plus nobis aliquid adfert Cyprian. qui post multam eruditionem ac longam admonitionem, addit ad terrorē & miracula quæ suo tempore ex indigna sumptione corporis ac sanguinis domini cōtingere.

Ait

Ait namq; Emerfit fratres charissimi nouū genus cladis, & quasi pax persecutiōnis procella sœuierit, accessit ad cumulū sub misericordiæ titulo, malū fallens & blanda pernicies. Cōtra Euangelij uigorē, contra dñi ac Dei legē, temeritate quorundā laxatur incautis communicatio. Irrita & falsa pax periculosa dātibus & nihil accipientibus profutura. Non quærunt sanitatis patientiam, nec ueram de satisfactione medicinā. Pcenitētia de peccatoribus exclusa est, grauissimi extremiq; delicti memoria sublata est. Operiuntur morientiū uulnera, & plaga letalis altis & profundis uisceribus infixā, dissimulato dolore cōtegitur. A diaboli aris reuertētes ad sanctū dñi sordidis & infectis nidore manibus accedūt. Mortiferos idolorū cibos adhuc penè ructātes exhalātibus etiānum scelus suū faucibus & contagia funesta redolētibus, dñi corpus inuadūt cū occurrat scriptura diuina & clamet & dicat: Omnis mūdus māduca bit carnē, & anima quecūq; māducauerit

ex carne salutaris sacrificij, quod est do-  
 mini, & immunditia eius super ipsum,  
 & peribit anima illa de populo suo. A-  
 postolus item testetur & dicat: Non po-  
 testis calicem dñi bibere, & calicē demo-  
 niorum: non potestis mensæ domini cō-  
 municare, & mensæ dæmoniorum. Idē  
 contumacibus & peruicacibus commi-  
 netur & denunciatur, dicēs: Quicūq; edē-  
 rit panem, & c. Spretis his omnibus atq;  
 contemptis, uis infertur corpori eius &  
 sanguini eius. Plus modo in dominum  
 manibus atq; ore delinquunt, quam cū  
 dominum negauerunt. Ante expiata de-  
 licta, ante exomologezin factam crimi-  
 nis, ante purgatam conscientiam sacrifi-  
 cio & manu sacerdotis, ante offensam  
 placatam indignantis domini & minan-  
 tis, pacē putant esse, quam quidam uer-  
 bis fallacibus uenditant. Non est pax il-  
 la, sed bellum. Nec Ecclesiæ iūgitur qui  
 ab Euangelio separatur. Quid iniuriam  
 beneficiū uocant? Quid impietatem pi-  
 etatis uocabulo appellant? Quid eis qui  
 flere

flere iugiter & rogare dominum suum  
 debent intercepta pœnitentia lamentati  
 one communicare se simulât? Hoc sunt  
 eiusmodi lapsis quod grando frugi-  
 bus, quod turbidum sidus arboribus,  
 quod armentis pestilens uastitas, quod  
 nauigijs sæua tempestas. Solatium æter-  
 næ spei adimunt, arborem à radice sub-  
 uertunt, sermone morbido ad lætale cõ-  
 tagium serpunt, nauem in scopulos, ne  
 in portum perueniat, illidunt. Non con-  
 cedit pacem facilitas ista, sed tollit, nec  
 communicationem tribuit, sed impedit  
 ad salutem. Delicta potius nostra prius  
 reputemus, actus nostros & animi secre-  
 ta uolentes, conscientia merita ponde-  
 remus. Redeat in cor nostrum, non am-  
 bulasse nos in uijs domini, & abiecisse le-  
 gem Dei, præcepta eius, & monita salu-  
 taria nunquam seruare uoluisse. Quid  
 de eo boni sentias, quem timorem fuisse  
 apud eũ, quam fidẽ credas, quẽ corrige-  
 re nec metus potuit, nec persecutio ipsa  
 reformauit; Alta & erecta ceruix, nec ga-



cecidit inflexa est. Tumens animus & superbus, nec quia uictus est fractus est, iacens stantibus, & integris uulneratus minatur, & quod non statim domini corpus inquinatis manibus accipiat, aut ore polluto domini sanguinem bibat, sacerdotibus sacrilegus irascitur. Atque o tuam nimiam furiose dementiam, Irasceris ei qui abs te auertere iram Dei nititur, ei minaris qui pro te domini misericordiam deprecatur, qui uulnus tuum sentit, quod ipse non sentis, qui pro te lachrymas fundit, quas ipse forsitan non fundis, oneras adhuc crimen, & cumulas. Et cum sis ipse implacabilis ad Antifites Dei, putas circa te dominum posse placari? Accipe potius & admitte quæ loquimur. Quid surdæ aures salutaria præcepta non audiunt quæ monemus? Quid cæci oculi poenitentiae iter non uident quod ostēdimus? Quid perculsa et alienata mens remedia uitalia non percipit, quæ de scripturis cœlestibus & discimus & docemus? Aut si incredulis quibusdam

busdam minor fides est futurorum, uel  
præsentibus terreantur. Exempla sunt  
omnium, tormēta paucorum. Præfente  
ac teste meipso accipite quid euenerit.  
Parentes forte fugientes dum trepidi mi-  
nus consulunt, sub nutricis alimēto par-  
uulam filiam reliquerunt, relictam nu-  
trix detulit ad magistratū. Illi ei apud ido-  
lū, quò populus cōfluebat, quod carnē  
necdum posset edere per etatem, panem  
mero mixtum, quod tamen & ipsum de  
immolatione pereuntium supererat, tra-  
diderunt. Recepit filiam postmodū ma-  
ter. Sed facinus puella commissum tam  
loqui & indicare non potuit, quàm nec  
prius intelligere potuit nec arcere. Igno-  
ratione igitur obreptum est, ut sacrifi-  
cantibus nobis eam secum mater infer-  
ret. Sed enim puella mixta cum cæte-  
ris, precis nostræ & orationis impati-  
ens, nunc ploratu concuti, nunc mentis  
æstu fluctuabunda iactari, uelut tortore  
cogente, quibus poterat iudicijs con-  
scientiam facti in simplicibus adhuc

annis rudis anima fatebatur. Vbi uero solennibus adimpletis, calicem Diaconus offerre præsentibus cœpit, & accipientibus cæteris, locus eius aduenit, faciem suam paruula instinctu diuinæ maiestatis auertere, os labijs obturantibus premere, calicem recusare. Perstitit tamē Diaconus, & reluctanti licet de Sacramento calicis infudit. Tunc sequitur singultus & uomitus. In corpore atque ore uiolato, Eucharistia permanere non potuit. Sanctificatus in domini sanguine potus, de pullutis uisceribus erupit, Tāta est potestas domini, tāta maiestas. Secreta tenebrarum sub eius luce, detecta sunt, sacerdotem Dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa infantē, quæ ad loquendum alienum circa se crimen necdum habuit ætatem. Et uero ea, quæ ætate prouecta & in annis adultioribus constituta sacrificantibus latenter obrepserit, non cibum, sed gladium sibi sumēs & uelut quædam uenena lætalia intra fauces & pectus admittēs angi & anima exæstuant.

exaestuante concludi postmodum coe-  
pit. Et pressuram non iam persecutionis  
sed delicti sui passa, palpitans & tremens  
concidit. Impunitum diu non fuit, nec  
occultum dissimulatæ conscientiaë cri-  
men, quæ fefellerat hominem, Deum  
sensit ultorem. Et cum quædam Arcam  
suam in qua domini sanctum fuit, mani-  
bus indignis tentasset aperire, igne inde  
surgente deterrita est, ne auderet attinge-  
re. Et quidam alius & ipse maculatus sa-  
crificio à sacerdote celebrato, partem cū  
cæteris ausus est latēter accipere, sanctū  
Dei edere, & contrectare non potuit, ci-  
nerem ferre se apertis manibus inuenit,  
documento unius ostensum est, domi-  
num recedere cum negatur, nec imme-  
rentibus ad salutem prodesse quod su-  
mitur, cum gratia salutaris in cinerē san-  
ctitate fugiente mutetur. Quam multi  
quotidie immundis spiritibus adimplen-  
tur, quam multi usq; ad insaniam mētis  
excordes, dementiae furore quatiuntur.  
Nec necesse est ire per exitus singulorū,

cū per orbis multiformas ruinas tam delictorū pœna sit uaria, quàm delinquentium multitudo numerosa. Vnusquisque consideret non quid aliis passus sit, sed quid pati & ipse mereatur. Nec euasisse se credat, si eum interim pœna distulerit, cum timere plus debeat, quem sibi Dei iudicis censura seruauit. Hæc hæctenus ille in Ser. de lapsis. Idem rursus alibi ait: Cum in minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiam, isto tempore, & secundum disciplinæ ordinem ad exomologesim ueniant, & per manus impositionem Episcopi & cleri ius communicationis accipiant, nūc crudo tēpore persecutione adhuc perseuerāte, nondū restituta Ecclesiæ ipsius pace ad cōmunicationem admittuntur, & offertur nomen eorum, & nondum pœnitentia facta, nondum exomologesi finita, nondū manu eius ab Episcopo aut clero imposita Eucharistia illis datur, cū scriptum sit: Qui ederit panem aut biberit calicem domini indigne, &c. Sed nunc  
illi

illi rei non sunt, qui minus scripturæ legem nouerunt. Erunt autem rei qui præ sunt, & hæc fratribus non suggerunt, ut instructi à propositis faciant omnia cum Dei timore, & cum data ab eo & præscripta obseruatione. Sic libro 3. ad Quirinum, Cum timore, ait, & honore Eucharistiam accipiendam in Leuitico habes: Anima quæcunque manducauerit ex carne sacrificij salutaris, quod est domini, & immunditia eius super ipsum est, peribit anima illa de populo suo. Item in Epistola ad Corinthios: Quicumque ederit panem, aut biberit, &c. Sic Diuus Basilius de institutione Monachorum, ubi fratres quærunt quali timore uel fide uel affectu percipere debeant corporis & sanguinis Christi gratiam, Et respondet: Timorem quidẽ docet nos Apostolus dicens: Qui manducauerit & biberit indigne, &c. Fidem uero edocet nos sermo dñi dicentis: Hoc est corpus meum quod pro multis datur, hoc facite in meam commemoratiõem.

Et

Et iterum sermo Ioannis dicentis, quod uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Sed & Apostolus scribens: Qui cum in forma Dei esset, non rapi. &c. Cum ergo fidem habet his dictis & considerat magnificentiam gloriæ ipsius & admiratiōe nimietatem humilitatis, quo modo tantus ac talis obediens fuit patri usq; ad mortem, pro nostra uita, puto quod possit prouocari anima ad affectum, & dilectionem ipsius Dei patris, qui unico filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, & ad amorem unigeniti eius eo amplius prouocabitur, quo eum uideat mortem turpissimam pro nostra redemptione tolerasse, sicut & Apostol. de eo dicebat, Quod charitas Dei constringit nos iudicantes hoc, quod si unus pro omnibus mortuus est, ergo oēs mortui sunt, & pro omnibus mortuus est, ut & qui uiuūt, iam sibi non uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Talem ergo affectum & fidem præparare debet in animo

mo suo, qui de pane & de calice partici-  
 pant. Sic rursus Cyprianus, Non oportet, inquit, esse fermentarios noui Testa-  
 menti ministros, puras syncerasq; men-  
 tes sanctum querit conuiuium, in ueru  
 crucis boni odoris assatio, omnem exco-  
 quat carnalium sensuum cruditatem, &  
 induret solidetq; mentis affectus, nec in  
 Ecclesie sanctae sacrificio ulla sit macu-  
 la, sed pura simplicitas & innocentia ui-  
 tae in una Ecclesie catholicae domo a fi-  
 delibus de Aegypto egredientibus trasi-  
 to mari rubro lotis Christi sanguine af-  
 fectibus offeratur. Et rursus: Sacramen-  
 ta quidem quantum in se est, sine propria  
 esse uirtute non possunt, nec ullo modo  
 diuina se absentat maiestas mysterijs, sed  
 quamuis ab indignis se sumi uel contin-  
 gi sacramenta permittant, non possunt  
 tamen spiritus esse participes, quorum  
 infidelitas, uel indignitas tantae sanctitu-  
 dini contradicit. Ac iterum: Inter domini  
 cae mensae conuiuas animalis homo non  
 admittitur, quicquid caro & sanguis di-  
 ctat



Etat, ab hoc cœtu excluditur, nihil sapit,  
 nihil prodest quicquid humani sensus  
 molitur subtilitas, omne quicquid à suis  
 rationibus deuiū uidetur, sapientes hu-  
 ius seculi ad dementiā referunt, & à ue-  
 ritate reputant alienum. Et iterum, Nec  
 solos, inquit, sacerdotes ad panes huius  
 dignitatis Leuiticę prerogatiua admittit,  
 uniuersa Ecclesia ad has epulas inuita-  
 tur, æqua omnibus portio datur, inte-  
 ger erogatur, distributus non demem-  
 bratur, incorporatur non iniuriatur, re-  
 cipitur non includitur, cum infirmis ha-  
 bitans non infirmatur, nec pauperum  
 ministerio indignatur. Fides pura, mens  
 sincera, hunc habitorem delectat, ne-  
 que immensi & omnipotentis Dei ma-  
 gnitudinem pauperulæ domus nostræ  
 angustia offendit uel arctat. Et subinde:  
 Panis iste Angelorū omne delectamen-  
 tum habens uirtute mirifica, om̄ibus qui  
 digne & deuote sumunt, secundum su-  
 um desiderium sapit, & amplius q̄ māna il-  
 lud heremi implet & faciat edentiū appe-  
 titus

titus & omnia carnalium saporum iri-  
tamenta & omnium exuperat dulcedi-  
num uoluptates. Postremo, Verum,  
ait, his qui uerbotenus corde ficci &  
mente aridi sacris interfunt uel etiam  
participant donis, lambunt quidem pe-  
tram, sed inde nec mel sugunt nec ole-  
um, qui nec aliqua charitatis dulcedine  
nec spiritus sancti pinguedine uegetan-  
tur, nec se iudicant, nec sacramenta diju-  
dicant, sed sicut cibus communibus irre-  
uerenter sacris utuntur muneribus, &  
dominicæ mensæ in ueste lutulenta  
se ingerunt impudenter, quibus melius  
erat mola asinaria collo alligata mer-  
gi in pelagus, quàm illota conscientia  
de manu domini bucellam accipere,  
qui usque hodie hoc ueracissimum &  
sanctissimum corpus suum creat & san-  
ctificat & benedicit & pie sumentie-  
bus diuidit. Sic & **DIONYSIUS**  
ille Alexandrinus Episcopus serio ad-  
monet populum Catholicum ut an-  
te omnia suas conscientias probent,  
ac pur

ac purgent priusquam hanc mensam accedant. Lege Eusebium lib. 7. cap. 8. Ecclesiast. Histor. Habes enim hic quemadmodum is ipse Dionysius fratrem quemdam animo deiectum cohortatur, debere confidere uirtuti suæ & conscientiæ iam purgatae, & ante omnia quòd tam diu in sacramentis cum eis particeps fuerit. Et apud eundem habes quemadmodum Ambrosius castigat Theodosium Imperatorem, quòd peccatis obnoxius, indigne participarat sacrificio altaris. Simile quid narrat Sextus apud eundem Ecclesiast. Historiæ liber. cap. 25. de Philippo Imperatore, qui quum Christianus esset, & in die paschæ, id est, in ipsis uigilijs interesse uoluisset, & communicare mysterijs, ab Episcopo loci nõ prius est permissus, nisi confiteretur peccata sua, & inter pœnitentes staret, nec ullo modo copiam sibi mysteriorũ futuram, nisi prius per pœnitentiã culpas, quæ de eo ferebãtur plurimæ, diluisset. Ferũt igitur libẽter eum, quod à sacerdote imperatũ fuerat

fuerat suscepisse, diuinum sibi inesse me-  
tum, & fidem religionis plenissimam re-  
bus atq; operibus comprobans. Et di-  
uus ille Dioscorus, egregius Euangeli-  
cæ doctrinæ propagator, nec quenquã  
ad hanc synaxim admisit, priusquam ma-  
læ conscientia deposuisset onus, & des-  
isset à peccãdi proposito. Dicit nanq;  
de eo octauus Trip. Historiæ liber ca. i.  
sic: Dioscorus non amplius centum Mo-  
nachis præsidebat. Qui cum presbyter  
esset, sacrificia faciens, omnem perfectio-  
nem adhibebat, examinandoq; diligen-  
ter, dijudicando accedentes ad sacra my-  
steria, ita ut expiarent, mentemq; mali  
cuiuspiam consciam non haberent. Sic  
& Eulogius presbyter eos qui aliquid  
mali gessissent uel prauum consilium ha-  
buissent ab altari suspendebat, manife-  
stans eis peccatũ, quod egerant, & indul-  
gentia purgatos rursus suscipiebat. Con-  
sonat his Chrysostomus ille egregius  
morum formator, cum inquit: Tempus  
quidem confessiõis incumbit his quoq;  
O qui

qui baptisma consecuti sunt, alijs quidē  
 ut post patentia uulnera criminum, pœ-  
 nitentia interueniente curentur, & ad sa-  
 cra mysteria redire mereantur, alijs uero  
 ut eam, quam post lauacrum cœleste  
 conceperant maculam diluentes ad do-  
 minicam mensam, munda iam conscien-  
 tia securaq; cōueniant. Et alibi, non sim-  
 pliciter dixit, uade, sed addidit, prius &  
 tunc ueniens offer munus tuum, per  
 omnia ista significans, quia per aliquas  
 inter se inimicitias dissidentes, nequaquā  
 mensa illa suscipiat. Audiant, inquit, hi  
 qui sacris certe mysterijs initiati, cum  
 inimicitijs ad communionem altaris ac-  
 cedunt. Ac iterum: Tangamus etiam  
 nos, ait, fimbriam uestimēti eius, imò ue-  
 ro totum. Ipsum enim si uolumus, non  
 uestis solū, sed corpus ipsius nobis proe-  
 positum est, ut non tangamus solummo-  
 do, sed ut comedamus & saturemur. A-  
 deamus igitur Christum singuli ægrota-  
 tes magna cum fide. Nam si qui fimbria  
 am uestimenti eius tunc tetigerunt, recte  
 omnes

omnes conualuerunt, quāto magis cor-  
roborabimur, si totum in nobis habebi-  
mus? Cum fide autem accedere, non est  
ut tantummodo propositum corpus re-  
cipias, uerum etiam multo magis, ut mū-  
do corde tāgas, ut sic adeas, quemadmo-  
dum ad ipsum Christum. Quid enim si  
uocem eius non audis? nonne uides ia-  
centem, imò uero & loquentem per Eu-  
angelistam ipsum audis? Credite igitur  
omnes, quia etiam nunc illa cœna  
celebratur, in qua Christus ipse recum-  
bebat. Nihil quippe interest inter illam  
& hanc. Non enim hæc ab homine,  
illa ab ipso conficitur. Quando igitur  
sacerdotem corpus tibi præbere uideris,  
noli sacerdotis, sed Christi manum ad  
te porrigi arbitrari. Qui enim maius,  
id est, animam suam pro te posuit,  
quare dedignabitur suum tibi tradere  
corpus? Audiamus igitur tam sacerdo-  
tes, quàm alij, quàm magna, quàm admi-  
rabilis res nobis concessa est. Audia-  
mus oro, & perhorrescamus, carnes  
O 2 suas

suas nobis tradidit, seipsum immolatum  
 proposuit. Quam igitur satisfactionem  
 offeremus, cum tali pabulo nutriti pec-  
 cemus, cum agnum comedentes in lu-  
 pos conuertimur, cum ouinis carnibus  
 saturati, ut leones rapiamus? præsertim  
 cum id Sacramentum non à rapina so-  
 lum, uerumetiam ab omni suspitione ini-  
 micitiarum, mundum semper seruare iu-  
 beamur. Pacis enim Sacramentum est hoc  
 Sacramentum, inquisitioni pecuniarum  
 & Simonix non conuenit. Nullus ergo  
 Iudas, nullus Simon, hanc mensam ade-  
 at, quorum uterq; æris cupiditate perijt.  
 Quare fugiamus, oro, hanc foueam, ne  
 que putemus satis esse nobis ad salutem,  
 si cum uidas & orbos parentum spoli-  
 aueris, aureum calicem & gemmis orna-  
 tum huic mensæ offeras. Vis hoc sacrifi-  
 cium honorare? Animam tuam offeras  
 propter quam Christus immolatus est,  
 eam auream facito. Quòd si anima plū-  
 bea testa æris est, quid tibi proderunt au-  
 rea uasa? Animarum ergo munditia tibi  
 opus

opus est, propter quas etiam uasa hæc  
Deus recipit. Et certe non erat ex argen-  
to mensa illa, nec ex aurō ille calix, quo  
Christus discipulis sanguinem præbuit  
suum, preciosa tamen erant omnia & ue-  
nerationis plena, quia spiritu abunda-  
bant. Vis corpus Christi honorare, non  
despicias ipsum nudum, neque hic quidē  
in Ecclesia sericis pannis induas, foris au-  
tem frigore ac nuditate cōfici negligas.  
Qui enim dixit, hoc est corpus meum,  
& rem simul cum uerbo confecit, idem  
dixit: Esurientem me uidistis, & non ci-  
bastis, &c. Hoc certe corpus Christi nō  
amictu sed anima munda indiget, illud  
autem multa cura & magna diligētia in-  
diget. Perdīscamus igitur Christum Ie-  
sum philosophari, & ipsum ex uolunta-  
te sua honorare, nam qui honoratur, eo  
maxime honore letetur, quem ipse uult,  
nō quem optamus. Non est opus uasis,  
sed animis aureis. Et alibi, Caue, inquit,  
Herodi efficiaris similis, & dicas, ut &  
ego ueniens adorem eum, cumque uene-  
ris in-



ris, interimere coneris. Huius etenim similes sunt, qui indigne abutuntur communionē mysterij. Reus est enim, inquā, iste corporis & sanguinis domini. Qui enim eiusmodi sunt, habent in se tyrannum & regno Christi iugiter invidentem, lōge sanè Herode illo nequiore, Mammonam scilicet. Et iterum alibi similia loquens, Vigilandum est, inquit, non enim paruum supplicium indigne communicantes expectat. Cogita quanta indignatione aduersus proditorem, & aduersus eos qui crucifixerunt ipsum mouearis, & caue ne tu quoq; corporis & sanguinis Christi reus esticiaris. Illi acerbissime trucidarunt, tu post tot tantaq; beneficia sordida suscipis omnia. Atq; ibidem: Veniat in mētem tibi, quos sis honore honoratus, qua mensa fruaris. Ea nanq; re alimur, quam Angeli uidentes tremunt, nec absq; pauore propter fulgorē qui inde resilit aspicere possunt, & nos in unam cum illo massam reducimur, Christi corpus unum & caro

una. Cum discipulis, inquit, meis facio pascha. Nullus communicet nisi ex discipulis sit, nullus impuro animo sicut Iudas panem assumat, ne similia patiatur. Sic in Ioannem Homilia 45. Hic sanguis Christi præfiguratus est semper in altaribus, in iustorum cædibus, hic orbis terrarum decus est, hic est quo Christus emit, quo uniuersam ornauit Ecclesiam. Vt enim homo seruos auro emit & ornat, ita nos sanguine suo Christus. Qui huius sanguinis sunt participes, cum Angelis & Archangelis & supernis uirtutibus commorantur, ipsam regiam Christi stolam induti, spiritualibus armis muniti. Sed nihil dixi, imò ipsum induti sunt Regem. Sed sicut magnū est & admirabile, ita si ita pure accesseris, ad salutem accessisti, sin praua conscientia, ad poenam & supplicium. Qui enim manducat & bibit indigne sanguinem dñi, iudicium, &c. Nā si qui regiam purpuram inquinant, haud secus quā qui scindunt puniuntur, quid mirum si qui immunda

conscientia Christi corpus accipiunt,  
 idem supplicium subeant, quod qui eū  
 clavis cruci affixerunt: Vide quā for-  
 midandam pœnam his minetur Paulus:  
 Irritam quis faciens legem Mosi, sine ul-  
 la miseratiōe duobus uel tribus testibus  
 moritur, quanto magis putatis deteriora  
 mereri supplicia, qui filium Dei concule-  
 cauerit, & sanguinem testamenti pollu-  
 tum duxerit, in quo sanctificatus est: Cō-  
 sideremus igitur rem nostram dilectissi-  
 mi, cum tantis fruamur bonis, & cū tur-  
 pe aliquod animum subit, cum ira uel re  
 uel uerbis rapimur, quid mereamur,  
 quem spiritum acceperimus nobiscum  
 reputemus, & irrationabiles nostros co-  
 hibeamus affectus. Et apud eundē Ho-  
 mil. 46. Timeamus, inquit, & nos, ne  
 quando per auaritiam ludam imitemur.  
 Non qui tradit Christum, sed qui paupe-  
 rem fame confectum uel frigore con-  
 temnit, eiusdem reus erit supplicij, & cū  
 indigne mysteria participamus, eodem  
 modo quo Christi interfectores punie-  
 mur.

mur. Et ad populum Homi. 61. Tu si cū  
innocentia & puritate accesseris, ad salu  
tem accessisti, si uero cum mala conscien  
tia, ad pœnam & ultionem. Et rursus ibi  
dem, Multos, inquit, uideo, domini cor  
poris participationem temere sumentes,  
ut à casu & consuetudine potius & lege  
quàm cogitatu & mente. Si superueniet  
sanctæ tempus quadragesimæ, qualiscū  
que sit aliquis, mysteria sumit, si super  
uenerit Epiphaniarum dies, licet tēpus  
aduentus, uel Epiphania, uel quadragesi  
ma dignos accedere non faciat, sed ani  
mæ synceritas & puritas. Cum hac sem  
per accede, sine hac nunquam. Sic Hila  
rius, Quisquis, inquit, peccare desijt, is  
non desinat communicare. Et Ambro  
sius, Tu, ait, quicumque sacerdos es  
Christi, prius teipsum sanctifica, quo de  
inde altari digne ministrare queas. Item  
Gregorius ille Nazianzenus dicit: Ra  
tio succingere debet malitiam, quo pu  
re ac innocēter paschalibus intersis epus  
lis. Atq; iterum Chrysostronus in Epist.

ad Hab. Plurimi, ait, ex sacrificio semel accipiunt in toto anno, alij bis, alij sæpius. Quid ergo est? Quos magis acceptabimus? Eosne qui semel, an eos qui sæpius, an illos qui raro accipiunt? Neq; illos qui semel neq; q; sæpius neq; q; raro, sed eos qui cū munda conscientia, qui cū mūdo corde, cum uita irreprehensibili, isti semper accedunt. Qui uero tales non sunt, neque semel. Quid ita? Quia iudicium sibi accipiunt & damnationem & supplicium. Et non mireris, Sicut enim cibus naturaliter nutritorius extans, si in eum qui prauis cibus corruptus, incidat, omnia perdit & corrumpit, efficitur occasio morbi: sic etiam ista, quæ ad hæc terribilia pertinent Sacramenta, Sanctis autem hæc concessa sunt. Hoc etiã Diaconus insonat in illa hora, sanctos uocans, & per hanc uocem ueluti maculas inspiciens. Sicut enim in grege, ubi multæ quidem saluæ sunt pecudes, multæ autem scabiæ plenæ sunt, necesse est, ut hæc prohibeantur à sanis, sic etiam in Ecclesia,

clesia, quoniã aliã quidẽ sunt saluę pecu-  
des, aliã aut uitiatã, per hanc uocem pro-  
hibẽtur hæ ab illis, penetrãs ubiq; per uo-  
cẽ illam tremẽdam sacerdos sanctos uo-  
cãs & attrahẽs. Quia em̃ impossibile est  
hominẽ scire interiora proximi (quis em̃  
scit quæ sunt hominis nisi spiritus homi-  
nis qui in ipso est?) hanc emittit uocem  
postq; sacrificium perficitur, ut nullus  
simpliciter & quomodolibet ad fontẽ  
spiritualem ueniat. Quando enim dicit  
Sancta sanctis, hoc dicit: Si quis non est  
sanctus, nõ accedat. Non simpliciter di-  
cit, à peccatis mundus, sed sanctus, San-  
ctum enim nõ mūdatio peccati tm̃ facit,  
sed etiam præsentia spūs, & bonorũ ope-  
rum opulentia. Non enim, inquit, uolo  
à ceno uos mundos esse, sed etiam albos  
esse & pulchros. Et idem alibi in eadem  
Epist. grauiter obiurgat ac castigat eos  
qui indigne acceperant sacra altaris mu-  
nera. Ait nanq;: Si in ueteri Testamen-  
ubi lex Mosi irrita fit, tantũ est ac tale sup-  
pliciũ, quanto magis putatis, quia peius  
mere

merebitur supplicium qui filium Dei con-  
 culcauit, & sanguinem testamenti com-  
 munem existimauit, & spiritum gratiæ  
 iniuriavit. Et quomodo inculcat quis-  
 quam filium Dei? Quando enim ex ipso  
 participatur quisq; per sacramenta, non  
 ne peccata committit? nonne illum  
 conculcat? nonne ipsum contemnit? Sicut  
 enim ea quæ conculcamus nullius momen-  
 ti pendimus, sic & qui peccant in Chri-  
 stum, nullius momenti existimant, & sic  
 peccant. Factus es corpus Christi, & tra-  
 didis te ipsum Diabolo, ut conculces Chri-  
 stum. Audiamus qui indigne sacramen-  
 tis participamus, audiamus qui indigne  
 ad mensam illam accedimus. Verè enim  
 uero quòd illa dictio (indigne) nostræ  
 uitæ insinuet habendam rationem, testis  
 est Sedulius in Epistola priori ad Cor.  
 cap. ii. cui accedit & Theophylactus ita  
 scribens: Tua conscientia examinata dis-  
 scussaq; adito ea mysteria, non festis mo-  
 do profestisq; diebus, sed quouis tem-  
 pore cum purum te & dignum compe-  
 reris.

reris. Sic quoque Augustinus in lib. de Ec-  
clesiasticis dogmatis, multis adstruit uer-  
bis, non esse accedendum cum conscien-  
tia inquinata, animoque peccatis onusto.  
Equidem dicit: Quotidie Eucharistiæ  
communiõem percipere nec laudo nec  
reprehendo. Omnibus tamen domini-  
cis diebus communicandum suadeo, &  
hortor, si tamen mens sine affectu pec-  
candi sit. Nam habentem adhuc uolun-  
tatem peccandi grauari magis dico Eu-  
charistiæ perceptione, quam purificari.  
Et ideo quamuis quis peccato morde-  
atur, peccandi non habeat de cætero uo-  
luntatem, & communicaturus satisfaci-  
at lachrymis & orationibus, & confidens  
de domini miseratione, qui peccata  
piæ confessioni donare consuevit, acce-  
dat ad Eucharistiã intrepidus & securus.  
Sed hoc de illo dico quæ capitalia &  
mortalia peccata non grauãt. Nam quæ  
mortalia crimina post baptismum com-  
missa premunt, hortor prius publica pœ-  
nitentia satisfacere, & ita sacerdotis iudi-  
cio



cio reconciliatum communioni sociari, si uult non ad iudicium & condemnationem sui Eucharistiam percipere. Idem Homil. 88. super Ioan. Quisquis huc accedit, carere debet iniquitate, & abundare iustitia sanctitatis. Item diuus Ambr. in Serm. de Eucharistia aperte edocet, quomodo cum timore & reuerentia, cū puritate tum corporis tū animæ de hoc mystico cibo edere debeamus, & id quidem cum idonea poenitudine cordis, & detestatione ueteris peccati. Sic enim ait. Quanta domine Iesu Christe cordis cōtritione & lachrymarum fonte, quanta reuerentia & tremore, quanta corporis castitate, & animi puritate istud diuinū & cœleste sacrificium est celebrandum, ubi caro tua in ueritate sumitur, ubi sanguis tuus in ueritate bibitur, ubi summis iunguntur, ubi adest præsentia sanctorum angelorum, ubi tu es sacerdos & sacrificium mirabiliter & ineffabiliter constitutus. Quin & Chrysostomus alibi adserit quòd hic sacer. *cibus in*  
*digne*

digne sumptus plus oblit quam proſit  
percipiētibus . Sic enim habes apud eū-  
dem in Epiftola priori ad Cor. Quicun-  
que comederit panem hunc , & biberit  
calicem domini indigne , reus erit , &c.  
Quamobrem? Quia effundit ſanguinē  
& non ſacrificium , ſed iugulationem  
præ ſe fert , Quēadmodum enim hi qui  
eo tempore Chriſtum punxere , non ut  
biberent eius ſanguinem , ſed ut effunde-  
rent , idem ſanè facit , qui Chriſti ſangui-  
nē bibit indigne , & nullū ex eius potio-  
ne fructum recipit . Similiter & Iſidorus  
de ſum. bon. Qui , inquit , ſcelerata uiuūt  
in Eccleſia & communicare non deſi-  
nunt , putantes ſe tali communionemun-  
dari , diſcant nihil ad emūdationem pro-  
ficere ſibi , dicente Propheta : Quid eſt  
quod dilectus meus in domo mea facit  
ſcelera multa? Nunquid carnes ſanctæ  
auferent à te malitias tuas? Et Apoſt.  
Probet autē ſeipſum homo , &c. Rurſus  
quoq; Auguſtinus ad Ianuariū , Dixe-  
rit , inquit , aliquis non quotidie accipien-  
dam Eu

dam Eucharistiam. Quæsieris, quare? Quoniam, inquit, eligendi sunt dies quibus purius homo continentiusq; uiuit, quo ad tantum sacramentum dignus accedat. Qui enim māducauerit indigne, &c. Et ad Iulianum comitem Episto. m. euidenter docet, quomodo per pœnitentiam prius peccata diluenda sint, quam huc accedendū. Equidē ait: Vnusquisq; antequam corpus & sanguinem domini accipiat, seipsum probet, & secundū Apostoli præceptum sic de pane illo edat, & de calice bibat. Quia qui indigne manducat corpus & sanguinem domini, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Quando enim eum accipere debemus, antea ad confessionem & pœnitentiam recurrere debemus, & omnes actus nostros curiosius discutere, & peccata obnoxia si in nobis senserimus, cito festinemus per confessionem & ueram pœnitentiam abluere, ne cum Iuda proditore Diabolum intra nos celantes pereamus, protra-

hentes

hentes & cælantes peccatum nostrū de die in diem. Et si quid mali aut nequam cogitauimus, de eo pœnitentiam agamus, & uelociter illud de corde nostro eradere festinemus. Quid hic obsecro tibi uideatur, ô Philochriste, & Ecclesiæ amator? Iam'ne intelligis unum eundem que planè esse spiritum, qui primum per Paulum, deinde per Pauli coadiutores, Ecclesiæ magistros & doctores, tam cõsimilia locutus est? Confer paulisper tū Pauli, tum horum suorum cooperariorum doctrinam cū hisce dogmatis, quæ nostris temporibus Pseudapostoli quidam, imò insulsi Spermologi, & fallaces dominicæ messis operarij, sine mente loquaces rabulæ, auribus suggerunt credentium, & male diffundunt, & ilico aduertes quàm longe inter sese dissideant ueritas & mendacium, iustitia & iniquitas, timor & audacia, innocenna & nequitia, deniq; quid intersit inter Christianum & fictæ fidei hypocritam.

P

Annota

## ANNOTATIONES.

Personati Mimi.) Personatus is dicitur qui persona, hoc est, laruis indutus est, unde personata uulnera dicuntur, quæ latent. Quare personati Mimi ij nobis uocantur, qui sub boni uiri specie & habitu, clam uulgi mores sequuntur & studia, cuiusmodi ferè hodie sunt Hæretici, qui sub nomine religionis Christianæ passim sese accommodant hominum placitis, quo eos minori cum labore pertrahant in sui erroris nassam. De quibus Propheta: Loquimini nobis placètia, uidete errores.

Trahètes lon. iniq. Syrmeta.) Syrmeta atis. & Syrmeta æ. genus uestis Tragicorum, & cauda siue trætus uestis fœminarũ. Marti. Aptasti longũ tu quoque Syrmeta tibi. Vnde metaphoricè iniquitatis Syrmeta hic dicuntur pro longa & assidua peccandi consuetudine, qua solent peccata in orbem redire, iuxta illud Sapientis: Peccator cũ uenerit in profundum, contemnit. Et illud Psalmistæ: Supra dorsum fabri. peccatores prolongauerũt iniquitatẽ suam.

Quorum contentioni sese ingerit Algerus.) Algerus, cuius hic meminit Vuicelius ex scholastico Monachus ordinis Diui Bened. scripsit inter alia ingenij sui opuscula, uolumen insigne de Sacramento altaris partitum in 3. libros, libro autem primo cap. 21. meminit huius inter Hilarium & Augustinũ

CONTO

controuersiz, quam & certis rationibus absoluit, ne tanti patres (in quibus, ut ipse inquit, erat unus spiritus, non dissensionis, sed pacis) à se dissentire uiderentur.

Rhinocerotis naso.) Hoc est per ludibria detorquent ad iocos. Rhinoceros enim animal est, unum in nare habens cornu, quod subinde attritum cautibus, in mucronem acuit. Vnde Prouerbiū est, Nasam Rhinocerotis habent, de ijs qui ad similitudinem cornu Rhinocerotis, nasum longum habentes, quemuis facile irrident, Martialis,

Et pueri nasum Rhinocerotis habent.

Audax Herostratus.) Herostratus homo ignobilis, sola gloriæ cupiditate ductus, incendit templum Ephesiæ Dianæ. Vnde haud inscite accipitur pro homine temerario & sacrilego, sicut qui impure accipit Eucharistiam recte nobis uocabitur Herostratus, eo quod non ex conscientiæ puritate huc accendat, sed ex quadam gloriæ cupiditate, ne si altari se subtraheret, cæteris uideretur nequior.

Apud eundem Eusebiū habes quomodo Ambrosius Theodosium.) Hoc subobscure Eusebius narrat & ambigue. Neq; enim solum per Ambrosium hoc esse factum dicit, sed per cæteros quoq; Italiæ sacerdotes. Tamē quia summa sacerdotij apud Am-

brosum tunc temporis erat, nihil impedit, quo mi-  
 nus dicatur esse factum per eum. Sic autem habes  
 apud Euseb. lib. ii. cap. 16. Per idem tempus subre-  
 ptiōe quadā demonis turpis macula religioso Prin-  
 cipi iniusta est. Etenim cum apud Thessalonicam se-  
 ditione exorta, quidam ex militaribus uir impetu  
 fuisset populi furentis extinctus, repente nunci-  
 atrocitate succensus, ad ludos Circenses inuitari po-  
 pulum eiq; ex improviso circumfundi milites atque  
 obtruncare passim ut quisq; occurrisset gladio iu-  
 bet, & uindictam dare, non crimini, sed furori. Ob  
 hoc cum à sacerdotibus Italiae argueretur, agnouit  
 delictum, culpamq; cum lachrymis professus, publi-  
 cam pœnitentiam in conspectu totius Ecclesie exex-  
 git, & in hoc sibi tempus ascriptum absq; regali sa-  
 stigio patienter impleuit. Verum res ipsa multo cla-  
 rius exposita fertur apud ipsum Amb. Dicit namq;  
 lib. 5. Epistolarum 28. Epist. ad ipsum Theodosiū:  
 Factum est in urbe Thessalonicensium quod nulla  
 memoria habet, quod reuocare non potui, ne fieret  
 suadeo, rogo, hortor, admoneo, quia dolori est mi-  
 hi, ut tu qui pietatis inaudite exemplum eras, qui  
 apicem clementie tenebas, qui singulos nocentes nō  
 patiebaris periclitari, tot periisse uō doleas innocē-  
 tes. Ego quidem causam in te cōtumacie nullam ha-  
 beo, sed habeo timoris, offerre non audeo sacrifici-  
 um, si

um, si uolueris assistere. Id enim mihi interdictum  
 aduerti. Cum enim essem sollicitus, ipsa nocte que  
 proficisci parabam uenisse quidē uisus es ad Eccle  
 siam, sed mihi sacrificium offerre nō licuit, atq; ob  
 id aiunt eum ab Ecclesiæ aditu prohibuisse Impera  
 torem. Ipse autem Theodosius sic palam reprehen  
 sus patienti animo pertulit, & commissum confitēs  
 penitentiam egit. Hac tamen de re certiora com  
 peries in Tripart. Hist. lib. 9. cap. 30. Vnde reor &  
 Vuicelium suam sententiam commodato accepisse,  
 ut cunq; reclamet exemplar Emmeanum. Deniq; id  
 ipsum habes & apud Theodoretū Episc. lib. 5. cap.  
 18. ut non possit non esse uerum, quod tantorum uir  
 rorum comprobatur testimonio.

## CAPVT VI.



Magna quidem & multa hactē  
 nus de male accedentium hęc  
 sacram mensam diximus uin  
 dicta. Verum ea ne quempiā  
 suo terrore deiciant, proferenda subin  
 de erit in medium & ipsa utilitas, quæ  
 hinc manet eos qui digne & tractant  
 & sumunt tanta salutis mysteria. Tantus  
 P 3 est autem



est autē ipse (qui hinc ceu ex fonte profi-  
 ciscitur, paraturq; digne manducanti eū  
 cibum & bibenti calicem) prouentus ac  
 fructus, quanta sunt ipsa supplicia malo-  
 rum qui accedunt indigne. Nec temere  
 contēnendos duxerim uarios illos eque  
 & mirificos huius Sacramenti fructus,  
 quin æstimandos plurimi, quando & re-  
 uera plurimi faciendi sunt. Vnde & En-  
 thusiastas siue Euchitas illos suis mori-  
 bus dimittētes, procul ultra Sauromatas  
 relegabimus, ne sua desit Cyprio boui  
 merenda. Equidem hos nihil olim pudu-  
 it uel publicitus apud credulum uulgus  
 adserere, hūc diuinū cibum nec prodesse  
 se quicq; bonis nec obesse malis, iuxta  
 quod habes in Hist. Ecclesiast. Sed heu  
 nimiū mēta est iniquitas ipsa sibi. Qua  
 enim ratiōe consecraneum est, nihil hūc  
 cibum iuuare pios ac sanctos homines,  
 qui sponte sua nulla cogente necessitate  
 recte accedunt, pure sumunt, sine simu-  
 latione, sine fictæ sanctimonix ostentati-  
 one, ex sola charitate & animi deuotiōe,  
 absq;

absq; fuce, absq; pompa & plausu, sine præcipitatione, hoc est, ex certo iudicio & animo deliberato, citra aliquã repenti ni impetus temeritatem, sed digne, cum disculsa conscientia, & hoc unã cū cæteris fratribus, in una eademq; fide, in una Ecclesia, ad firmandū solidādumq; tuæ pacis uinculū fraternitatisq; amorē.

Porro summæ huius mysticæ perceptionis uis & præcipuus fructus is est, q̄ per eam Christo omnium nostrū capiti conglutinamur, & quodāmodo in eum transformamur: quemadmodum & uulgaris ille naturæ cibus abit in substantiam corporis, in quam paulatim deficit & prorsus commiscetur, modo temperate sumatur ex necessitate naturæ, nō ex uoluptate gulæ. Imò etiã per huius sacri esus participationē unum planè effici-mur cum Christo, & uicissim ipse nobiscū, ita sanè ut ubi sit ipse, qui est caput nostrū, eò peruenturi simus & nos, qui eius sumus corpus. Necesse quippe est ut quibusdam mutuis organis caput &

corpus sibi cohæreant ac connectantur  
 si modo debet esse uita comes. Quòd si  
 iam per omnia caput uiuit ac regnat per  
 petuo, & subinde pari ratiocinatiõe hu  
 ius quoque corpus eius sponsa immor  
 tale est (secundum animæ & glorificati  
 corporis conditionem) qua unquã hæc  
 poterunt ratione diuissim uiuere? Et id  
 quo certius constaret nobis, idemq; ue  
 re sentiremus omnes in spiritu, req; ipsa  
 illam, de qua loquor, aliquando experi  
 remur unitatem, reliquit post se in terris  
 suam carnem in peculiarem quandã spi  
 ritus alimoniam, per quam nos omnes  
 sursum ad se subuehat, cogatq; deniq; tã  
 diu suspirare cœlestia, donec ipse absor  
 beat id quod in nobis mortale est, & sic  
 demum cõfiguret nostra mortalia cor  
 pora, corpori claritatis suæ. Fit siquidẽ  
 per huius cibi alimoniam, ut nos ineffa  
 bili quodã spiritus desiderio rapiamur  
 sursum (non secus atq; filij charissimi pa  
 rentis ducuntur præsentia) uolentes sem  
 per esse cum Christo, eumq; facie ad fa  
 ciem

ciem contueri sicuti est, quem nunc (ceu  
 amantissimum amicum) per speculum  
 tantum in ænigmate contemplamur, so-  
 latq; fide comprehendimus, ut nobis est  
 testis Paulus. Deniq; per hunc cibū uni-  
 uersi, hoc est, quotquot Christiana pro-  
 fessione gaudent, ab ortu solis usque ad  
 occasum, & per omnes mundi circulos,  
 atq; adeo & ij qui iam dudum dormiūt  
 in domino, unus panis & unum corpus  
 efficiuntur in Christo. Qua ex re inæsti-  
 mabilis suboritur credentium mētibus  
 lætitia, & præcipuum in rebus aduersis  
 solatium. Tametsi mente potius ea expē-  
 di possint & citius inuestigari animo, q̄  
 explicari sermōe, Et nos quoq; de eius-  
 modi unanimitatis consensu paulo ante  
 satis abunde disputauimus. Interea si scri-  
 pturæ sensum diligentius libet intueri, li-  
 quido aduertemus, quàm plane hac in  
 parte mihi astipuletur sextum caput Eu-  
 angelij Ioannis: Ibi enim sole clarius ha-  
 bes quemadmodum is panis uiuus sit,  
 descendens de cœlo & dans mundo ui-

tā. Et rursum, Ego sum, inquit, panis uitæ.  
 Ex cuius loci occasione sæpe apud  
 Ecclesiasticos Doctores, uitæ panis nun-  
 cupatur, ut est apud Cyrill. lib. 3. cap. 36.  
 in Ioannem, Sum, inquit, panis uitæ, nō  
 corporalis, qui fami solum corporeæ res-  
 medium præstat, sed qui totū animal ad  
 uitam æternam reformē & morte superi-  
 us efficiam. His enim uerbis substēdit  
 sanctissimi sui corporis uitam & gratiā,  
 qua in nobis unigeniti proprietas, id est,  
 uita & ingreditur & permanet. Et rur-  
 sus libro 4. cap. 10. Qui, inquit, panem  
 uitæ suscipiunt, immortalitatem conse-  
 quentur, & omnia interitus mala effugi-  
 ent, cum Christo æternaliter uiuentes.  
 Nihil autem uerbis nostris officit, nec  
 idcirco mentiri uidebimur, quia fideles  
 qui CHRISTO participarunt, cor-  
 pore moriuntur. Nam etsi hac commu-  
 ni omnium morte cadere uideantur, ui-  
 uunt tamen Deo, ut Paulus ait. Hæc Cy-  
 rillus. Sic iterum apud Ioannem, Si quis,  
 inquit, manducauerit ex hoc pane, uiuet  
 in æternum.

in æternum. Item: Hic est panis de cœlo  
descendens, ut si quis ex ipso manduca-  
uerit non moriatur . Denique : Nisi  
manducaueritis carnem filij hominis,  
& biberitis eius sanguinem , non ha-  
bebitis uitam in uobis . Contrà autem,  
Qui manducat meam carnem & bibit  
meum sanguinem, habet uitam æter. &  
ego resuscitabo eū in nouissimo die . Et  
amplius: Qui manducat meam carnē &  
bibit meum sanguinem, in me manet &  
ego in illo, Præterea, qui manducat me,  
uiuēt propter me, uel uiuet in æternum,  
ut proxime sequitur. Hic iam coràm cer-  
nis quemadmodum dominus ipse septi-  
es æternam uitam adscribat, certo q̄ reci-  
piat ijs, qui manducant carnem suam &  
sanguinem suum bibunt. Nec id immeri-  
to, Quum enim ipse perpetuo uiuat, de-  
bet subinde & is uiuere, & eandem, quā  
habet Christus, etiā habere immortali-  
tatis prærogatiuā, qui ex eo digne man-  
ducat, siquidē & ipse dominus ex quo  
māducatur, sit panis uitæ, hoc est, panis  
rals

talis, ex quo uiuatur in eternum, non pa-  
 nis mortis, quemadmodum uetus illud  
 manna, uel quilibet alius communis pa-  
 nis, qui māducatur quidem, sed ab impe-  
 rio mortis māducantē non uindicat. Ni-  
 hil autem ita commendat hanc sacram-  
 nostri in Christo & Christi in nos mera  
 morphosim ( nisi mauis dicere commu-  
 tationem siue commixtionem ) atque  
 iste locus in quo dicitur, Qui manducat  
 meam carnem, & bibit meum sanguinē,  
 in me manet & ego in eo. Quid enim  
 aliud nos, imò quid aliud olim sancti pa-  
 tres ( uti abunde satis hactenus audisti ) re-  
 stituti sunt: En is est ingens ille prouen-  
 tus ac singularis fructus qui hinc proue-  
 nit omni credenti, ex q̄ hoc cibo mādu-  
 canti, & ex sacro illo calice bibenti cedit  
 in æternæ uitæ hæreditatem. Et quan-  
 quam nonnulli istuc præsens Ioannis  
 caput procul arceant ab altaris sacrifi-  
 cio, & habeant aliquam qua se tueantur  
 scripturæ authoritatem, tamen ego huc  
 nequeo adduci ut credam nihil domi-  
 num

num sub hisce uerborū inuolucris præcepisse uel disputasse de Sacramento altaris, præsertim cum hæcenus ferè oēs Orthodoxi patres unà & Ecclesiæ doctores illud exponant æque & dictum adseuerant de ueritate corporis & sanguinis in Eucharistia. Quin etiam par erat & ipsum Ioannem, amantissimum Christi discipulum, non nihil scribere ac meminisse de ea re, etiamnū si nihil eius meminerit in dominicæ passionis historia, sicut cæteri Euangelistæ, quando huic proprium sit, potius rerum gestarū ueritatem dicere, non etiam texere certum ordinem temporum. Interim quidē admitto, quod præcipue apud Ioannem loquatur Christus de spūali potu ac esu, quādo homo per uerè fidei confessionē intra animæ suæ uiscera ita traicit Christum, ut nullis unquam ab eo possit a uel li tentationibus, tamen ex hoc non sequitur, nec satis probari potest, quòd eadē uerba non debeant uel legi uel intelligi circa altaris sacrificium, maxime quando ea



do ea pulchre unà cum cæteris Euange-  
listis atque Paulo sibi cohæreant ac per  
omnia conueniant, ita ut de uno pane,  
carne, sanguine, deniq; de eodem esu po-  
tuq; unanimiter confonent cæteris. De-  
bet equidem uel inprimis spiritualiter  
sumi Christi corpus, aliàs nihil proderit  
corporalis perceptio Sacramenti. Hoc  
esse uerum nemo inficiabitur. Sed tu ne  
putas Matthæum, Marcum, Lucam, ad-  
de & Paulum (quos tantum corporalis  
illius esus ac potus authores tibi propo-  
nis & habes testes) noluisse ut post cor-  
poralem quoq; ac uisibilem illum cibum  
& potum, etiam spiritualiter manduce-  
mus atq; bibamus? An fortasse uerba  
Christi de Sacramento apud hos non  
item erunt spiritus & uita? Si non sunt  
uita, quis est fructus participare mensæ  
domini? Si nec spiritus, quid obsecro  
operatur in nobis tantus cibus, aut quid  
adiumenti confert? Sic rursus si caro illa  
apud Ioannē nulli usui, nulli nobis præ-  
sidio est, quid magis confert apud Mate-  
thæum?

thæum : An'ne una & eadem est apud  
 urosq; : Atqui certe eadē caro est apud  
 omnes Euangelistas atq; Paulum, uerū  
 solo ore & non sincera animæ fide exce-  
 pra, parum conducit ad æternam felicita-  
 tem. Proinde ualeat Capernaica illa con-  
 tentio, & ita applicemus Ioannem spiri-  
 tuali manducationi, ut non excludamus  
 corporalem. Vicissim concedatur, ita ali-  
 os Euangelistas unā cum Paulo Sacra-  
 mentalem nobis esum præscripsisse, ut  
 interim haud neglexerint spiritalem. Sin-  
 secus, sequitur quòd sufficiat, si quis tan-  
 tum corporaliter manducet, iuxta placi-  
 ta trium Euangelistarum, & Pauli, Vel  
 contra ( si nec hoc uerum est ) sequitur  
 quòd sufficiat, si quis duntaxat spiritali-  
 ter edat, iuxta Ioannis præscripta; quod  
 tamen impium ac iniquum fuerit credi-  
 tu, præsertim cum corporaliter, ut sic di-  
 xerim, & haberi possit & sumi. Itaq; hoc  
 pacto elucescit ueritas, quando quidem  
 sic intelligimus tum ipsos quatuor Eu-  
 angelistas tum Paulum de hoc Sacramē-  
 to differen-

to differentes, ut ex æquo, cum corpora  
 liter tum spiritualiter manducari ac bibi  
 debeat, quo nobis adferat & efficaciorē  
 pietatis fructum & præsentiorē spiri-  
 tus opem. Equidem Ioannes ueluti in-  
 staurat ac refarcit in spirituali illo esu,  
 quicquid cæteri Euangelistæ intermiser-  
 runt. Vnde ipse Theophylactus ita cau-  
 te ac prudenter præsens Ioannis caput  
 exponit ut utrinq; satisfaciatur lectori, Ait  
 namq; sic de spirituali imprimis mandu-  
 catione: Dicit Christus: Ego sum panis  
 uitæ, non dixit autem panis alimonie,  
 sed uitæ. Nam cum omnia mortificata  
 essent, uiuificauit nos per semetipsum  
 Christus, qui est panis, eo quòd fermentum  
 humanæ consperisionis credimus  
 coctum in igni deitatis, Panis autem ui-  
 tæ non huius solitæ, sed immutatæ &  
 morte non deficientis. At qui credit in il-  
 lum panem, non esuriet neq; famem fe-  
 ret audiendo sermonem Dei, neq; sitiet  
 spiritualem sitim, eo quòd habeat aquam  
 baptismi & sanctificationem spiritus.  
 Nam

Nam qui non baptizatus est, sitim patitur ac magnam ariditatem, expers aquæ sanctæ refrigerantis. Baptizatus autem spiritum habet, per quem semper refrigeratur. De corporali quidē sic ait: Manifeste nobis hoc loco de mystica communionē sui corporis dicit: Nam panis qui à nobis in mysterijs manducatur, nō est tantum figuratio quædam carnis domini, sed ipsa caro domini. Non enim dixit, panis quem ego dabo, figura est carnis, sed caro mea est. Transformatur enim arcanis uerbis ille per mysticam benedictionem & accessionem sancti spiritus in carnem domini. Et ne quem conturbet quòd credendus sit panis caro, Etenim & in carne ambulante domino, & ex pane alimoniam admittente, panis ille qui māducabatur, in corpus eius mutabatur. Et quomodo, inquit, non appareat nobis caro sed panis: Ut non abhorreamus ab eius esu. Nam si quidem caro apparuisset, insuauius affecti essemus et ga communionem. Nunc autem conde

Q                      scendens

scendente domino nostræ infirmitati, talis apparet nobis mysticus cibus, qualisibus alioquin adsueti sumus. Atq; adeo paulo post de utraq; dicit manducatione, Oportet nos, inquit, quum audierimus, nisi ederitis carnem filij, non habebitis uitam, in sumptionibus diuinorum mysteriorum indubitam retinere fidem, & non quærere quo pacto. Nam animalis homo, hoc est, qui sequitur cogitationes humanas & animales, non est capax eorum quæ sunt supernaturam & spiritualium, Atq; ita & spiritualem esum carnis dominicæ non intelligit, cuius qui non sunt participes, non erunt participes æternæ uitæ eo quod non suscipiunt Iesum qui est uita æterna. Similiter & Diuus Cyprianus loquitur, Panem, inquit, Angelorum sub Sacramento manducamus in terris, eundem sine Sacramento manifestius edemus in coelis, nõ corporali ministerio, sæpe repetitis actionibus ad eadem reuertentes, sed consummato sacerdotio nostro, erit & per

& permanebit perpetua & stabilis, im-  
 plens & reficiens nos sufficientia, qua  
 proferet palam absq; ullis integumen-  
 tis omnibus conspicabilis summi præ-  
 sentia sacerdotis. Et infra, Dixerat, in-  
 quit, sanè huius traditionis magister, q̄  
 nisi manducaremus & biberemus eius  
 sanguinem, non haberemus uitam in  
 nobis, spiritali nos instruens documen-  
 to, & aperiens ad rem tam abdítam intel-  
 lectu, ut sciremus quòd mansio no-  
 stra in ipso sit manducatio, & potus qua  
 si quædam incorporatio, subiectis ob-  
 sequijs, uoluntatibus iunctis, effecti-  
 bus unitis. Esus igitur carnis huius quæ-  
 dam auiditas est, & quoddam desideri-  
 um manendi in ipso, per quod sic impri-  
 minus & eliquamus in nobis dulcedi-  
 nem charitatis, ut hæreat palato nostro,  
 & uisceribus sapor dilectionis infu-  
 sus, penetrans & imbuens omnes ani-  
 mæ corporis'que recessus. Potus &  
 esus ad eandem pertinent ratio-  
 nem, quibus sicut corporea nutritur

Q 2

sub

substantia & uiuit & incolumis perseue-  
 rat, ita uita spiritus hoc proprio alimen-  
 to nutritur, & quod est esca carni, hoc  
 animæ est fides, quod cibus corpori,  
 hoc uerbum spiritui, excellentiori uirtu-  
 te peragens æternaliter, quod agunt ali-  
 menta carnalia temporaliter & finaliter.  
 De corporali uero sic ait: Hoc est cor-  
 pus meum. Manducauerant & biberant  
 de eodem pane secundum formam uisi-  
 bilem, sed ante uerba illa cibus ille com-  
 munis tantum nutriendo corpori com-  
 modus erat, & uitæ corporalis sub-  
 sidium ministrabat. Sed ex quo à domi-  
 no dictum est: Hoc facite in meam com-  
 memorationem, hæc est caro mea, & hic  
 est sanguis meus, quotienscumq; his uer-  
 bis & hac fide actum est, panis iste sub-  
 stantialis, & calix benedictione solenni  
 sacratus, ad totius hominis uitam salutem  
 que proficit, simul medicamentum & ho-  
 locaustum ad sanandas infirmitates &  
 purgandas iniquitates existens. Subscri-  
 bit hisce & diuus Augustinus in Ioannem  
 omnem

omnem ferè huius Sacramenti uirtutem tribuens spiritali manducationi. Nam et nos, inquit, accipimus uisibilem cibum. Sed aliud est Sacramentum, aliud est uirtus Sacramenti. Quàm multi de altari accipiunt & moriuntur, & accipiēdo moriuntur. Vnde dicit Apostolus, iudiciū sibi manducat & bibit. Nō enim buccella dominica uenenum fuit Iudæ, & tamen accepit, & cum accepit, in eū inimicus intrauit. Non quia malum accepit, sed quia bonū male malus accepit. Videte ergo fratres, panem cœlestē spiritaliter manducate, innocentiam ad altare apportate, peccata & si sunt quotidiana uel nō, sunt mortifera antequam ad altare accedatis, Attendite quòd dicatis: Dimitte nobis debita nostra, &c. Et rursum: Si quis māducauerit ex hoc pane, non morietur, Sed qui, inquit, pertinet ad uirtutem Sacramenti non qui pertinet ad uisibile Sacramentum. Qui manducat intus, non foris, qui manducat in corde, non qui premit dēte. Itemq̄: Qui mandu



manducat meam carnem, in me manet,  
 & ego in illo. Hoc est ergo manducare  
 illā escam & illum bibere potū, in Chri-  
 sto manere & illum manentem in se ha-  
 bere. Ac per hoc qui non manet in Chri-  
 sto & in quo non manet Christus, pro-  
 cul dubio non māducat spiritualiter car-  
 nem eius, nec bibit eius sanguinem, licet  
 carnaliter & uisibiliter premat dentibus  
 Sacramentū corporis & sanguinis Chri-  
 sti. Atq; in hunc modum ab eo scriptū  
 legimus in lib. de Pœnit. Quid paras dē-  
 tes & uētre? crede in Christum & hoc  
 est māducare panem illū uiuum. Quis  
 quis enim in eum crediderit, is mandu-  
 cat eū. Sed & Algerus Monachus eius-  
 dem spiritualis manducationis aperte  
 meminit dicens: Duæ sunt comesti-  
 ones corporis Christi in Ecclesia, una  
 corporalis, altera spiritualis, una fit cor-  
 de, altera fit ore, quarum corporalis cō-  
 munitur est bonis & malis, his ad salutem,  
 illis ad iudicium, spiritualis autem tantū  
 bonis. Et corporali quidem ore corpo-  
 raliter

raliter māducamus & bibimus, quoties de altari dominico ipsum dominicū corpus substantialiter per manum sacerdotis in Sacramento panis & uini accipimus, corde uero spiritaliter comedimus & bibimus, quoties, ut ait B. Aug. hoc quòd pro salute nostra filius Dei in cruce pependit, in memoria recōdimus, & non solum ad huius rei cōmemorationē, sed etiam ad imitationem, crucifigēdo carnem nostram cum uitijs & cōcupiscentijs, nos ipsos accendimus. Ceteræ & nos omnia de interna ac spiritali cōmestione latius explicabimus cap. 9.

Ad hæc tamen & aliquid plus fructus ex Sacramento isto expectabitur, neque ipsa sese offeret ultro, siquidem hinc nostra fides augeatur, solidetur, confirmeturque, nimirum quia ipsum domini corpus & sanguinem coram cernimus atque percipimus, quod pro nobis olim traditum est in mortem. Neque enim hic ullus relinquitur ambiguus loci, quin potius ita huius mortis

per omnia certi efficimur, ac si coram  
 cum Ioanne, atq; adeo cum Matre Ma-  
 ria ipsissimè Iesu cruci adstitissemus. Sed  
 nec ullas hic contrarias admittimus co-  
 gitationes, quas subinde semper nouas,  
 uetus ille serpens nobis suggerere solet  
 & suffundere memoriæ, suo more no-  
 bis perpetuo occinens exitiale illud Ne-  
 quaquam, & dicens: Haud ita se res ha-  
 bet, ut tua tibi fides persuadet. Equidem  
 Simon ille Cyreneus suffixus est cruci  
 & in ea mortuus, non Christus, Aut cer-  
 te putatiue mortuus est, quum intuenti-  
 um eum oculi, quibusdam præstigijs de-  
 cepti, eum mori putarent, quem uis diui-  
 na tali exemit necessitate. Vel fortassis  
 etiã sic: Quo pacto in altari esse poterit  
 essenziale, ut sic dixerim, Christi corpus,  
 quando nullum ante habuerit corpus,  
 & nihil sibi adsumpserit de Maria ma-  
 tre, per quam ceu per canalem transijt.  
 Aduersus hæc idè genus reliqua signa  
 ta quotidie dimicat Ecclesia, primum ad  
 firmans, deinde distribuens uerum Chri-  
 sti cor

sti corpus, quo nihil in ea re cuiquam dubitare liceat, sed contra oporteat firmiter nos credere (quādoquidem & sic esse re ipsa uidemus & experimento discimus) ita certo certius sese habere huius Eucharistiæ negotium, ut in ueritate confiteamur utrunq; hoc est, & corporealem sui corporis præsentiam, & olim mortalem eiusdem corporis discessum, iuxta quod multis retro temporibus præcinerunt sancti Prophetæ, priusquam facta essent, & antequam eiusmodi conscripserint Apostoli quum iam erāt impleta. Porro quisquis iam in tali fide non fortem, non immobilem, nō infractum sese præstiterit, is sanè in se non habet uitam manentem.

Præterea etiā in hoc Sacramento quodammodo perficimur, & ueluti ad plenū usq; consummamur in dilectione Dei, eo quòd hinc sedula cogitatio ascēdat in nostras mentes, quemadmodum nos tam ardentem prior dilexerit Christus, qua subinde dilectione & noster

Q 5

animus

animus accenditur ad redamandum eū,  
 & ad rependenda digna suis beneficijs  
 obsequia. Solomon multa sublimia can-  
 tat de charitate suę dilectricis, quę est Ec-  
 clesia, cuius amorī par esse debet & nos-  
 tra dilectio erga promerendum Chri-  
 stum, si modo esse uolumus uera & uir-  
 ua suę Ecclesię membra. Vnde & for-  
 tis ut mors esse debet nostra dilectio, ius-  
 ta, & suo proposito rata, non puerilis  
 quædam ad horam consistens, sed con-  
 stans & perseverans, ubiq; gerens inui-  
 ctum animum aduersus ingruentia hu-  
 ius mundi terriculamenta. Nam & Chri-  
 stus ipse à nobis singulis expetit peculia-  
 rem sibi amicitiarum uirum, quo in sui  
 nominis amore pariter & confessione  
 persistamus incolumes, iuxta id quod  
 apud Ioannem ait: Manete in dilectione  
 mea. Et si præcepta mea seruaueritis, ma-  
 nebitis in dilectione mea, sicut & ego  
 præcepta patris mei seruauī, & maneo  
 in eius dilectione. Nec hoc factū diffici-  
 le fuit.

le fuerit, præsertim cum à patre nobis se-  
mel impetrarit & donarit spiritum dilec-  
tionis, uti testis est Paulus scribens Ti-  
motheo : Superabundauit gratia domi-  
ni nostri cum fide & dilectione, quæ est  
in Christo Iesu. Et apertius Romanis  
scribens, Charitas, ait, Dei diffusa est in  
cordibus nostris per spiritum sanctum  
qui datus est nobis. Per hunc namque  
spiritum longe ardentius possumus re-  
damare dominum, quàm olim amaue-  
rit Petrus, qui tamen plus cæteris dilige-  
bat, uti habes apud Ioãnem capite uige-  
simoprimo. Cuius exemplo si & nos re-  
iectis omnibus solum in CHRISTI  
dilectione deperimus, amabit uicissim  
& ipse nos, iuxta scripturam dicentem:  
Ego diligentes me diligo, & qui mane  
uigilauerint ad me, inuenient me. Atqui  
hic demum uerè celebrantur casta spon-  
salia Christi cum anima, & in hoc uno  
ueluti uir & uxor in unum corpus coe-  
unt, sed spiritale, iuxta quod Gen. habet  
&

& Paulus docet. Et quidem huiuscemodi charitatem elicit ac prouocat istuc altaris Sacramentum in somnolentis ac pigris Christianis ad parandam firmandamq; talem despōsationem Christi cū anima hominis credentis.

Postremo idem ipsum sacrosanctū Sacrificium plurimum quoque confert ad continuandam catholicæ professionis perseuerantiam & ad stabiliendam perpetuam in malis patientiam quæ ap̄prime nobis necessaria est, ut uoluntatē Dei facientes reportemus promissionē. Hic nanque ante oculos quasi intueor Christi corpus & sanguinem, pro me in mortem traditum. Et quum hæc cogito, secretis quibusdam pectoris instinctis prouocor, & quodammodo animor ad eadem perferenda pro Christo, quæ per tulit ipse prior, ut nihil dubitem pro sui nominis confessione meum corpus sub iñcere gladio, & meum corpus tradere pro suo corpore, demumq; meum sanguinem pro suo sanguine libēs ac prom  
ptus est

ptus exponā periculis, intra me semper  
ea repetens, Christus Iesus dominus ac  
deus meus, nil non malorum expertus  
est in hisce terris, contemptus est, mille  
mortis artibus intentatus est, & ego eius  
seruus in ocio uiuam: ego meæ uolunta-  
ti obsequar: ego inter monarchas nitens  
resq; mensas male expendam datam mi-  
hi uiuendi portionem: Non fiet istuc in  
aeternum. Dominum meum uocauerūt  
Beelzebub, & me eius domesticum Ra-  
boni & Baali uocabunt: me longis repe-  
titiisq; titulis ferent: Atq; dubio procul  
eiuscemodi animus ac talis diu instru-  
cta intentio, Diuum Ignatium prorsus  
totum possedit, cum Romanis scribens  
diceret: Sinite me ut bestiarum esca sim,  
per quam possim Deum promereri. Tri-  
ticum enim Dei sum, dentibus bestiarū  
molar, ut possim panis Dei mundus in-  
ueniri. Utinam fruar bestijs quę mihi pa-  
ratae sunt, quas & opto mihi ueloces es-  
se ad meū interitum, & allici, ut celerius  
me comedant, ne sicut in alijs terris  
sunt



sunt, & nō eos tetigerūt. Et si ipsæ nolue-  
 rint, ego ipsis uim ingerā, ego urgebo,  
 ignoscite mihi, ego scio qd mihi expedi-  
 at. Nūc esse incipio discipulus, nulli emu-  
 lor uisibiliū & inuisibiliū, ut Iesum Chri-  
 stū mer ear adipisci, ignis, crux, bestiarū  
 que constātia, abscisio, separatio, cōfra-  
 ctio, dissipatio q̄q̄ membrorū, interitus to-  
 tius corporis & flagella Diaboli omnia  
 in me ueniant, ut Iesum Christum mere-  
 ar adipisci. Nihil me iuuāt quæ sunt mū-  
 di huius, neq; regnum temporale. Bo-  
 nū enim mihi mori Christo Iesu, quā  
 regnare in finibus terræ. Et uere, quis-  
 quis cum sana fide effusum Christi san-  
 guinem serio contemplatur, is necesse  
 est id pectoris animo concipiat, ut lubēs  
 ac fortiter subeat tum probra tum mor-  
 tem, pro tuenda Christianismi religiōe.  
 Hinc olim est quōd Diuus Cyprianus  
 uolebat ut martyres, hoc est, Christi tes-  
 tes, prius Christi sanguine insignirētur  
 ac munirentur, quā congregarentur  
 cum Tyrannis, quo uidelicet, & suis san-  
 guine

guinem tãto promptius pro Christi sanguine effunderent in morte, quanto certius constabat nec Christum suo pepercisse, quo minus eum daret in remissionem peccatorum. Ait nanque: At uero nunc non infirmis sed fortibus pax necessaria est, nec moriētibus, sed uiuētibus cōmunicatio à nobis danda est, ut quos excitamus & exhortamur ad prælium, non inermes & nudos relinquamus, sed protectione sanguinis & corporis Christi muniamus, & cum ad hoc fiat Eucharistia, ut possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra aduersarium uolumus, munimento dominicæ saturday armemus. Nã quõ docemus aut prouocamus eos in confessiõe nominis sanguinem suum fundere, si eis militaturis Christi sanguinẽ denegamus? Aut quo modo ad martyrij poculum idoneos facimus, si non eos ad bibendum prius in Ecclesia poculum domini iure communicationis admittimus? Nec id quidem iniuria. Si enim uinum rubrum & expressus

pressus in calicē mororū humor, publicē  
 ostēsus, armat ad aciem Elephantos,  
 ne dicam homines (quē admodum An-  
 tiochum fecisse legimus, quando erat au-  
 spicaturus pugnam cum Iudæis apud  
 Bethsuram, & iuxta id quod de Roma-  
 no illo Catilina apud Florum legimus,  
 qui priusq̄ ciuile bellum ordiretur, hu-  
 manum sanguinem in calice suis ostē-  
 tauit coniuratis, quo se suosq̄ animaret  
 & in spem firmiorē conijceret, aduersus  
 futuræ seditionis pericula.) Hanc, in-  
 quam, & talem ferociam, si uerisimilis et  
 fictitius tātum præstat sanguinis color,  
 sanè fieri nequit, quin & Christianū ho-  
 minem sacer Christi sanguis per eā grati-  
 am quæ per hoc Sacramentum confer-  
 tur ita ignita quadam erga Deum chari-  
 tate impleat, ut statim de altari gestiat ad  
 mortem. Tandem ut hoc extra alia omnia  
 uel coronidis uice adijciam, utq̄ ad calicem  
 redeat oratio, tali ac eiusmodi  
 omnino fraterna dilectione donantur  
 digni huius mysterij perceptores, quæ  
 eos pro-

eos prorsus fursum ferat & æquiparet  
 ijs qui iam olim Christi nomen sincere  
 confessi sunt. Eoque ex una mensa  
 manducamus omnes, ut unus efficiamur  
 cuneus, & unicum fraternitatis so-  
 dalitium. Est enim in hoc Sacramento  
 schola quædam dilectionis, in qua ardē-  
 ter discitur amare. Sin minus, ubi igitur  
 erit pignus amoris? Ex quo tamen quo-  
 dammodo dilectionem Dei in nos man-  
 ducamus & bibimus, eandemq; cum fra-  
 tribus participamus. Hic iracundiæ flam-  
 ma, qua irascimur fratri, extinguitur.  
 Hic odiū consopitur & conticescit inui-  
 dia. Hic omnis male habendi cupiditas,  
 & tenax rerum possessarum philargeia  
 procul pellitur. Hic truculenta bellona,  
 & ultrix uindicta, denique omnis ama-  
 rulentia, fallacia, omnisq; infidelitas cō-  
 demnatur, quandoquidem istud Sacra-  
 mentum signum ac casti amoris pignus  
 sit, horum nihil apud se patiens delite-  
 scere.

R Anno

## ANNOTATIONES.

Sua Cyprio boui mer.) Prouerbiū istuc in sordidos homines competit, quibus sua impuritate digna obuenit possessio. Vcluti si quis conuiuā sordidū sordido adhibuerit conuiuio, & quū hic dicitur ultra Saurom. rel. ne sua desit Cyprio, &c. idē est ac si diceretur, ne desint illis premia suis meritis digna, sicut qui mali sint, etiam malā experiātur uitae sortē.

Metamorphosis. Μεταμορφωσις, id est, transformatio, ἀπὸ τοῦ μεταμορφώω. i. transformo.

Caper. cont.) Elegans nec minus aptū Epiteton est, deductū ab exēplo pariter & loco. Habes nāq; apud Ioan. ca. 6. quomodo murmurabant inter se et litigabāt Iudaei, eo q̄ dixerit Christus, Ego sum panis uiu. qui de cœ. des. Vnde & dicebāt: Quō potest nobis hic car. su. dare ad mand. Et hæc quidē apud Capernaū. Cuius subinde rei allusione, tacite taxat illos qui & nostris tēporibus sub Sacram. altaris uolūt esse tātū figurā & nō corporis ueritatē, dicētes quodāmodo cū Iudæis, Quō potest nobis hic, &c.

Simon ille Cyr.) Alludit hic ad hæresim Basilid. per quē sic olim orbi suū uirus ingessit Diabolus, ut est cernere apud Iren. li. 1. con. hæres. ca. 23. ubi sic ait: Hic dicit neq; passum Christū, sed Simonē quēdā Cyren. angariatum, portasse crucē eius pro eo, & hunc secundum ignorantiam & errorem crucis fixum

fixū transfigurātū ab eo, uti putaretur ipse esse Iesus, & ipsum autem Iesum Simonis accepisse formā & stantem irrississe eos, &c.

Vel put. mo. est.) Reuocat ad memoriā hēresim Marci cuiusdā negantis resurrectionem carnis, & Christū nō uere sed putatiue passum esse adseuerantis, ut nobis est author Aug. Ad Quod uult d. de Hē.

Cū nul. hab. corpus.) Huius opiniois authore Diabolo, adsector extitit Cerdo nescio qui, dicēs Christū ipsum neq; natū ex foemina, nec habuisse car. nec uere mort. uel quicq; passum, sed simulasse passionē.

Et nihil sum. de Ma. ma.) Et hoc olim orbi persuadere nixus est Diabolus per Valent. quendā, de quo Iren. sic tradidit posteritati lib. I. cont. Hēres. cap. I. Aiunt autē hunc. i. Christū esse, qui per Mariā trāsierit, quē admodū aqua p. tubū trāsit. Sic & Au. Valentin. dicūt Christū a patre missum. i. a profundo spūale & cœleste corpus secū attulisse, nihilq; adsumpsisse de uir. Maria, sed per illam tanq; per riuū aut per fistulam sine ulla de illa adsumpta carne trāsisse. Atqui hoc est mi lector illud uetus Nequaquod nobis solet mille ille nocendi artifex semper per sua organa occinere, cui tamē cum Ecclesia cōuenit nos fortiter resistere in fide.

Philargyria.) Φιλαργυρία, id est, auaritia, unde Φιλαργυρος, id est, auarus.

æque & remigrationem Hierosolymitarum, successurum erat utriq; genti, hoc est, Iudaicæ atq; Christianæ, cuiq; in sua fide. Cuius negotij supremus scopus is erat. Futurum ut Syriacus ille Tyrannus populum Dei, id est, Iudæos oppugnaret & ad terram usq; prosterneret, quemadmodum iam pridem Chaldaicus fecerat Tyrānus. Interea illaturus & prophanas manus in sanctuariū Dei, uniuersaq; inibi demoliturus atq; euersurus, ita planè ut omnem Dei cultum iuxta Mosaicam legem legitime institutū extingueret, hucq; tota intentione rediret, si quo modo posset Iudaismū transformare in impios Gentilium ritus, id quod & hodie sanguinolentus ille Turca totis molitur uiribus. Atqui ea Prophecia olim cōpleta est, ut testatur Machabæorum libri atq; Iustini.

Quin & inter reliqua exitialia Iudaicæ reipublicæ dispendia ablaturus erat & iuge Sacrificiū, quod imperarat Moses, & inuiolabili religione semper seruatum

tum fuerat apud Iudæos. De hoc Sacrificio multa habes in Numeris 28. cap. & in Neemia 10. & in Ezechiele 46. Vocatur q̄ apud Hebræos Olath thamid. Vocatur & Minha thamid, ut est apud Neemiam, hoc est 2. Esdræ 10. Græci id appellant in Mose & Neemia Holocauston Endelechismi. Veruntamen hic in Daniele simpliciter appellatur ἐνδελεχες μὲς, quemadmodū & in sua lingua simpliciter Thamid. Nunc uero, ut similia similibus conferamus, quemadmodum Thamid apud nos Germanos Teutones *Alweg* sonat, id est, sempiternū, uel aliquid simile quod perpetuo durat (iuxta quod & quotidianus panis in oratione dominica Hebraice Thamidi nuncupatur) ita uicissim græcum illud Endelechis apud nos interpretatur id q̄ semper æqua ac iusta portione perseuerat, nec mutatur unquam nec intermittitur. Et quidē hoc ipsum iuge Sacrificiū omnibus antelucanis celebrabatur, uti in Leuitico legimus (Exodo interim di-



liquæ capreæ, ita sagittam dirigit, ut suo sodalitis male seruet partā uictoriā. Quidlibet enim, & ueluti cæreū nasum fingit ex hoc Sacramento, quemadmodum & cæteri olim fecerant. Verè quā id animi haberet, potuerat longe maiori cū fœnore, hoc est, gloria, suo pepercisse labori, & reliquū sortis suæ gregē dimississe in acie, qui non solū huius artis periti habentur (ut ipse) uerum etiam mutuo sibi inuicem creduntur fideliores, qualis ipse non fuit suis. Quæ autem huius superbi commentatoris in hoc Sacramento fuerit infidelitas, latius 10. cap. huius opusculi citra ullum uel fucum, uel malignationismum declarabo.

Dogma uero horum impostorum hominum tale est, Nimirum uerè Christi corpus & eius uiuificum sanguinem nō esse in Eucharistia hyperbæticè, hoc est substantialiter siue essentialiter, sed symbolice, hoc est, significatiue siue figuratè. Vis crassius hæc tibi explicem? Cupis apertius audire omnia? Suboritur sunt quidam

quidam hac nostra tempestate docētes in sacrificio altaris non esse uerum corpus Christi, neq; eius sanguinē, sed duntaxat quandam significationem corporis ac sanguinis Christi. Ratio eorum talis est: Quum Christus abiēs in cœlum, reliquerit mundum, & sedeat ad dextrā patris, igitur nunc non est nobiscum ueraciter & secundum corporalem suam præsentia in Eucharistia, hoc est impossibile est, ut eius corpus & sanguis nobiscum in terris sit sub specie panis & uini. Alioqui idem corpus in diuersis simul etiam locis esset, sed hæc repugnāt. Quæ enim ratione poterit idem corpus momento eodem, in duobus aut pluribus uerè esse locis? Hæc qui adferunt, non ex seipsis nunc primum fingunt, sed innouant olim inuenta. Is namq; error ante quingentos annos excogitatus est, & annis ferè triginta in Gallijs per publicas cōciones misero popello persuasus à Gallica. illo Scoto, & quodā Friduardo, quorū uterq; & uerborū acumine & ingeniorum

niorum perspicuitate plurimum ualuit. Deinde eundem errorem instaurauit & Berengarius Episcopus (haud multum dissimilis istorum moribus) cum suo Landfranco, quorum uersutia quam plurimi inciderunt Diaboli laqueos, priusquam contra hos, auxiliares manus ferret Ecclesia, nutantibus hominum conscientijs. Verum ubi res ad examen deducta est, & ad eruendam ueritatem tanti mysterij quatuor concilia coacta sunt, re ipsa comprobatum est in Sacramento Eucharistiae praesens esse uerum corpus Christi, & eius uiuificum sanguinem ex sola uirtute sanctissimi uerbi per fidem. Quod & idem Episcopus confessus est, posteaque sanis rationibus conuictus digito compescuit labellum, & palinodiam canere compulsus proprijs scriptis ea retractauit, quae antea in diuersum senserat. Quo etiam tempore contra Berengarij opuscula fortiter scripserunt Guimundus Auerfanus, & Algerus Monachus, ambo uiri disertissimi, & in adserenda Euangelica

gelica ueritate Athletæ & uincit. Hos Eu-  
 charistiaemastygas & capernæos, ut sic  
 dixerim, Hæreticos mala successione se-  
 cutus est Almaricus, & hunc statim alte-  
 ro gradu Vualdo de Lyon, quem sub-  
 inde Vuiclephus cum tota Bigardia, qui  
 omnes antiqua uulnera semel cicatrice  
 obducta, eatenus refricarunt, quatenus  
 nostris tandem temporibus reteregen-  
 tur ad uiuum usq;. Vtinã Deus aliquan-  
 do cõponat disiuncta, & indies in peius  
 gliscentia uulnera farciat, hosceque tu-  
 multus uertat in sui nominis gloriam, &  
 Ecclesiæ pacem. Tametsi multi sua spon-  
 te desciscant ab hac pestifera persuasiõẽ,  
 quum uideant reliquum Hæreticorum  
 gregem eum errorem in tot diuersas,  
 easq; contrarias sibi contentiones parti-  
 ri, ut ex ipsis etiam dissidijs uel citra uer-  
 borum pugnam, facile possit & cerni &  
 intelligi occulta eorũ fallacia & latens ui-  
 rus contagiosæ doctrinæ.

Porro nos Ecclesiastici perseveran-  
 ter hætenus profiteamur & testificamur

supra & contra omnem humanam sapi-  
 entiam, scientiam & intellectum, uidelicet,  
 carnem Christi ac eius sanguinem ue-  
 re percipi in Sacramēto, adq̄ huius my-  
 sterij intelligendam ueritatem solam fi-  
 dem sufficere, quæ fides inquam, omnes  
 intelligibiles res & humana ratione per-  
 ceptibiles immenso excedit interuallo,  
 Chrysoft. teste, qui sic ait: Fide ad istud  
 opus est, ea enim animarum medicamē-  
 tum maximum ac saluberrimū est. Quæ-  
 stio auem Dei dispensationi contraria  
 esse perhibetur. Quid enim fides ipsa  
 efficit, ac molitur in nobis? Vt scilicet,  
 ipsius beneficia grate suscipiamus, eua-  
 damusq̄ meliores. Nō permittit de re ul-  
 la contendere, aut ambigere, sed requiē  
 ab his omnibus præstat. Quæ em̄ fides  
 peragit atq̄ edificat, ea quæstio prorsus  
 euertit. Cur id quæso? Quia inquirendi  
 nullū finē facit & fidē prorsus eliminat.  
 Non igitur intēdamus quæstionibus, si  
 deles em̄ deo uocati sumus, ut his quæ  
 dicuntur, sine ulla hæsitatiōe credamus,  
 ut nihil

ut nihil omnino dubitemus, nam si humana essent quæ dicuntur, oporteret ea merito discuti, quæ si diuina sunt, honoranda solummodo, atque credenda censerentur, sin vero non crediderimus ea, neque Dei esse sciemus. Quo enim pacto nosti, quia Deus est, cum ab eo causas, rationesque requiras? Nam quod Deum nouerimus, istud primum argumentum est, si omnibus quæcumque ille dixerit, absque argumentis probationibusque credamus. Hæc ille. Et scitum est illud apud Theologos, fidem non habere meritum, ubi humana ratio præbet experimentum. Cui perquam apte subscribit Cyrillus, Credendo, inquit, non quærendo ista comprehenduntur. Et rursus super eo uerbo, Quomodo potest nobis hic carnem suam dare ad manducandum, Sed nos magnum quæso, inquit, à peccatis aliorum profectum faciamus & firmam fidem mysterijs adhibentes, nunquam in tam sublimibus rebus, illud quomodo, aut cogitemus aut proferamus. Iudaicum enim hoc

ucr.

uerbum est, & extremi supplicij causa. Aliorū igitur, ut diximus, culpa perdocti, quum Deus operetur, nō queramus quomodo, sed operis sui uiam, atq; sciētiam illi soli concedamus. Nam quemadmodum quamuis nullus nouit, quidnā secundum naturam Deus sit, iustificatur tamen per fidem, quum credat prēmiallum redditurum credētibus in eum: Sic etli operum eius rationem ignorat, quū tamen fide omnia illum posse non dubitet, non contemnenda probitatis huius prēmia cōsequetur. Ita profecto nos affici per Prophetam Esaiam dominus ipse hortatur: Non enim sunt consilia mea, inquit, ut consilia uestra, nec sicut uia uestrae, uia meae sunt, dicit dominus, sed sicut exaltatur coelum à terra, sic exaltatae sunt uia meae à uis uestris, & cogitationes meae à cogitationibus uestris. Qui autē sapientia à uirtute & Deo excellit, quō non operabitur ita miraculose, ut operū suorū ratio mētem nostram effugiat? Nonne uides quid saepenumero mœchani

mœchanici faciunt? Incredibilia uidentur nobis nonnunquam enarrare, sed tamen quia similia ipsos fecisse uidimus, posse peragi facile credimus. Quomodo igitur summis cruciatibus digni non erunt, qui rerum omnium opificem Deum ita contemnunt, ut quomodo in operibus suis dicere audeant, quem totius sapientiæ largitorem non ignorat, quem omnia posse scriptura nos docuit? Si uero tu ô Iudæe, quomodo etiam nunc clamas, hanc tuam imperitiâ ego quoque sequens libenter quomodo ex Aegypto exiisti rogabo, quomodo in serpentem Mosaiica fuit uirga conuersa, quomodo lepra manus affecta, uno momento temporis in pristinum statum restituta iterum fuit? Quomodo solo clamore inexpugnabilis Hiericho cecidit? Innumerabilia sunt in quibus si quomodo quæris, uniuersam euertere tibi scripturam necesse erit, Prophetarum scripturarum & ipsius Mosi scripta contemnenti. Quate credidisse Christo potius uos oportuit,  
&



& si qd arduum uidebatur, ab eo humili-  
 ter petere, q̄ ueluti temulentus exclama-  
 re, Quomodo hic potest nobis suā car-  
 nē, & c̄. Haecenus Cyr. Atqui p̄cipua  
 uirtus, cui oēm nostrā fidei imponimus  
 structurā, eius uerbi est, cuius & corpus  
 & sanguis est, quod illi quidē auferren-  
 tuntur, at nos contrā seruare uolumus.  
 Hoc est corpus meū, & hic est sanguis  
 meus, dixit Christus ipse, qui nec menti-  
 ri potest nec fallere, & multo minus fal-  
 li. Apertius & certius hisce dñi uerbis  
 nihil habes in omnibus scripturarū cor-  
 nucopijs. Vnusquisq; hominum facile  
 capit, quid sit corpus & sanguis, maxi-  
 me quum mentio sit de humana natura.  
 Est autē & Christus homo, & de seipso  
 loquitur ad nos. Quid igitur sibi uolūt  
 heretici? Cur sibiipsis malum accersunt  
 rebelles? Quid eos iuuat, si minus relin-  
 quant locum Dei uerbo? Quin potius  
 admittunt Christum uera loqui, & esse  
 potentem suorum uerborum? Sanē ego  
 haudquaquam ei diffiderem, si uel sim-  
 plex

plex pomum in manus sumeret & diceret, Hic est uniuersus terrarum orbis. Ego'ne huic atq; adeo huius uerbis diffidere debeo, quum & eius præpotentiã aque ac ueritatem ingenue fatear, ubiq; eam in tot ab eo conditis rebus quotidie expertus? Eius curæ committo quomodo id possit fieri, & quomodo fiat. Nihil me angit res ista, siue huius corpus longum siue breue sit, siue cutem siue ossa siue poplites habeat in sacramento, denique quomodo uel ubi aut intret aut egeratur. In quibus omnibus plus Si culis gerris uanioribus, laboriose ueluti immundæ scrophæ desudant græcanci illi Stercoranistæ, uel ipso nomine infames. Mihi sufficit Christi uerbum, cui nec adimo quicquam nec addo. Et cum hoc faciam, quis est qui me culpet? Aut quis est qui audeat obstrepere Christo, quasi nimium dixerit, & quasi parcius dictū oportuerit? O homo quàm fuerit salutare in solo Christi uerbo conuiescere, & quàm pulchrum nostra corda solius

folius Dei uoluntate firmare?

Quis iam tam rudis tamque rerum  
 diuinarum imperitus, qui credat ueram  
 illam corporis & sanguinis Christi præ  
 sentiam, recte & quasi ex diametro pu  
 gnare cum illo catholice fidei articulo,  
 quo confitemur Christum semel ascen  
 disse, & nunc sedere à dextris Dei? Qua  
 si necesse fuerit, eam sessionem iuxta huma  
 nas cogitationes esse dimensam & cir  
 cumscriptam, ut nec maior nec sublimi  
 or, neque esset mirabilior, quam uulgaris  
 quædam sessio, qua homo assidet homi  
 ni. Quò (ah indignum facinus) nunc cia  
 rificatum Christi corpus detrudimus?  
 quò proscribimus? Nonne impeccabile  
 illud, & ὁ τὸ μόνον ἀναμάσθητον Christi  
 corpus ex solo spiritus sancto conceptū,  
 unicum mundi precium, & per poten  
 tissimam suam resurrectionem semel cla  
 rificatum ac gloriosum factum, quin &  
 super omnes choros Angelorum in su  
 am maiestatem translatum coeleste cor  
 pus, imputribile & planè immortale, ta  
 le, in

le, inquam, corpus, nonne longe glorio-  
sius & efficacius esse oportuit, q̄ hoc no-  
strum putridum corpusculum, quod  
hodie nihil omnino tale est quod est cor-  
pus Christi. Sed lōgius nos abducit hęc  
argumētatio, & diutius moratur, quā  
ut paucis absolui possit aut debeat à no-  
bis, qui properamus ad metam, Tātum  
rem ipsam expendamus iuxta scripturæ  
spiritum, huiusq̄ diffinitione contenti  
sumus, & ocius eradicabitur error om̄is,  
conticescentq̄ contentionum longæ pe-  
riodī. Qualis tandem obsecro esset Chri-  
stus, hoc est, cuius uirtutis, si nequeat  
& à dextris patris sedere iuxta scripturas  
& nihilo minus suum uerbum perseue-  
ranter continuare in operatione, illud in-  
quam uerbum, quod in extremis suis su-  
per paschali illa cœna. & dixit & confir-  
mauit perpetuis temporibus implendū.  
Altiora fratres mei & uiciniora quidem  
saluti sentiamus de eo. Accedunt huius  
nostræ sententiæ testes duo clarissima  
Ecclesiæ lumina, & Euangelicæ doctri-  
næ fon

S

næ fon

ne fontes, S. uidelicet Amb. & Theoph.  
 (ut interim præteream Emisenum & Cy-  
 prianum) qui nobis eruerūt oēm de cor-  
 pore ac sanguine Christi ueritatē contra  
 istos neotericos Spermologos & Pseu-  
 dadelphos, non secus, q̄ si horum tem-  
 poribus uixissent, corāq̄ uidissent impu-  
 dentiū canū latratus. At nāq̄ sic Amb.  
 in lib. de Mysterijs initiādis: Forte dicas:  
 Aliud uideo, quō tu mihi asseris, q̄ Chri-  
 sti corpus accipiā? Et hoc nobis adhuc  
 superest ut probemus. Quantis enim uti-  
 mur exēplis? Probemus nō hoc esse q̄d  
 natura formauit, sed quod benedictio  
 consecrauit, maioremq̄ uim esse benedi-  
 ctiōis quā naturæ, quia benedictione  
 etiam natura ipsa mutatur. Virgam tene-  
 bat Moses, proiecit eā & facta est serpens.  
 Rursus apprehendit caudā serpentis &  
 in uirgæ naturā reuertitur. Vides igitur  
 Prophetica gratia bis mutatam esse na-  
 turam & serpentis & uirgæ. Currebant  
 Aegypti flumina puro aquarū meatu,  
 subito de fontiu uenis sanguis coepit erū-  
 pere.

pere. Non erat potus in fluuijs. Rursus ad Prophetę preces cruor cessauit fluminum, aquarę natura remeauit. Circūclusus undiq; erat populus Hebræorum, hinc Aegyptijs uallatus, inde mari clausus, Virgam leuauit Moses, separauit se aqua, & in muroꝝ speciem congelauit, atq; inter undas uia pedestris apparuit, Iordanis retrorsum cōuersus contra naturā in sui fontis reuertitur exordiū. Nōne claret naturā uel maritimorę fluctuū uel fluuiialis cursus esse mutatā: &c. Aduertimus igitur maioris esse uirtutis gratiā q̄ naturā, & adhuc tm̄ Prophetiæ benedictiōis muneramus gratiā. Quōd si tm̄ ualuit sermo Helix, ut ignē de cœlo deponeret, non ualebit Christi sermo, ut species mutet elementorum: De totius mūdi operibus legisti, quia ipse dixit & facta sunt, ipse mādauit & creata sunt. Sermo igitur Christi, qui potuit ex nihilo facere q̄d non erat, nō potest ea quę sunt in id mutare quod nō erāt: Nō em̄ minus est nouas rebus dare q̄ mutare naturas, &c.

Hisce haud dissimilia inuenies & apud  
 Theophylactum, ex quibus uel sole cla-  
 rius licebit elicere inolitam Ecclesiae cō-  
 suetudinem. In Matthæum nanq; sic scri-  
 bit: Porro, dicēs, hoc est corpus meum,  
 ostendit quòd ipsum corpus domini est  
 panis q; sanctificatur in altario, & nō re-  
 spondens figura. Nō enim dixit, hoc est  
 figura, sed, hoc est corpus meum. Ineffa-  
 bili enim operatione transformatur, etiā  
 si nobis uideatur panis. Quoniam infir-  
 mi sumus & abhorremus crudos carnes  
 comedere, maxime hominis carnem, &  
 ideo panis quidem apparet, sed caro est.  
 Rursus in Marcum sic: Hoc est corpus  
 meum, hoc inquam, quod sumitis. Non  
 enim figura tantum & exemplar quod-  
 dā dominici corporis panis est, sed in il-  
 lum conuertitur corpus Christi. Domi-  
 nus enim dicit, Panis quē ego dabo, ca-  
 ro mea est. Non dixit, figura est carnis  
 meae. Et iterum: Nisi ederitis carnem filij  
 hominis, Et quomodo, inquis, caro nō  
 uidetur? O homo propter nostrā infra-  
 mitatem

mitatem istud fit. Quia enim panis quidem & uinum ex his sunt, quibus adsueuimus, ea non abhorremus, idcirco misericors Deus nostræ infirmitati condescendens speciem quidem panis & uini seruat, in uirtutem autem carnis & sanguinis transelementatur. Sic quoque in Ioannem: Attende autem, inquit, quod panis qui à nobis in mysterijs manducatur, non est tantum figuratio quædam carnis domini, sed ipsa caro domini. Non enim dixit, panis quem ego dabo, figura est carnis, sed caro mea est. Transformatur enim arcanis uerbis panis ille per mysticam benedictionem & accessionem sancti spiritus in carnem domini. Et ne quæ conturbet, quod credendus sit panis caro, Etenim & in carne ambulante domino & ex pane alimoniam admittente, panis ille qui manducabatur, in corpus eius mutabatur, & similis fiebat sanctæ eius carni & in augmentum & sustentationem conferebat, iuxta humanum morem. Igitur & nunc panis in carnem dñi mutatur, &c. Hæc



Theophylactus. Cæterum latius de hac re disputabimus capite 10.

Interea haud ita multū ad huius Sacramenti gloriam confert, sed & ne pilo quidem nos meliores reddit exactior illa Scotistarum potius quā uerior trutinā, qua ad perpēdiculum usq; metiuntur omnia, unde tot Sophisticæ quæstiones tot humanæ inuentiones, stultaq; figmēta oriūtur, quæ non secus atq; confusum ius coagelascunt, cæterum nihil iuuant auditorem. Nam quemamodū uis ignis paulatim ius omne decoquit, ita sanē & huius Sacramenti uirtus uniuersas hominum inuentiones frustrat atq; euacuat. Et quāto harum numerus fuerit maior, tanto fructus minor & sensus abstrusior. Diuus Paulus semel atq; iterum tum Timotheo tum Tito discipulis contra stultas hominum quæstiones scripsit, quid hodie facturus, si corā audiret præcocem illam ac immaturam loquacitatem, maxime in hoc mysterio, scilicet, de anserina lana & porcinis pennis: ne dicam

dicam de lana caprina, aut asini umbra,  
 Christiani non debent explorare omnia,  
 sed simpliciter credere & consentire hu-  
 milibus, ac uitæ seruare innocentiam.  
 Omnia uelle ratione metiri, & supputa-  
 re ad calculum, multos fecit Hæreticos.  
 Contrâ astuta simplicitas & amor iusti-  
 tiæ multos fecit & in fide stabiles & in  
 opere efficaces.

## A N N O T A T I O N E S .

*Palæstra.* Παλῆστρα, id est, lucta, à quo Palæstra, lu-  
 statio, qui ludus ab Atheniensibus institutus fuisse  
 dicitur. Virg. Pars in gramineis exercent membra  
 palæstris. Hinc Palæstritæ dicuntur qui sese Παλῆστρᾷ  
 siue palæstra exercent.

*Galeatis &c.* Galea munimentum capitis est, è  
 corio quōdam fieri solita, nūc è ferro fit, à quo ga-  
 leati milites galeis armati. Est autem elegans ἀνακτα-  
 τικῶσιν inter pugnantes illas dictiones, quibus ex-  
 primit tum crudelitatem tum uanitatem nostrorum  
 Hæreticorum. Galeati enim quodammodo sunt &  
 fauore Principum & coniuratione Sectarū, & ta-  
 men testacci, eo quòd nullis solidis ueritatis ar-  
 gumentis muniti consistant. Quòd si aliquando

contigerit illis deesse principum consensum & Senatorum suffragia, haud difficilius fuerit cum his congregari, quam cum testa ad solem ex luto indurata. Atqui cōtinget olim illis sua Nemesis, ut & Principes accepto malo uel sero sapiāt cum Phrygibus, & ipsi deniq; Hæretici suis referant digna præmia factis, nam aliās consultum non arbitror dimicare cum uētribus coniuratis, qui nec aures habent, nec mentem. Principum fauor subinde mutabilis est, & paulatim iam emergit ueritas, ut nequeat diu consistere dissidiorum caligo.

Aegoboscū. ) Id est, caprarum pastorem & ducem, ab ἀγίσκος, id est, capras pasco & dilatio.

Cæreum nasum sin. ) Cæreum nasum ex re quampiam fingere, est rem à propria sui significatione in sensum diuersum intorquere. Sic Rossensis ille in Lutherum, Non patiar, inquit, te sententiam in Ecclesiam ex scripturis ferre, qui scripturas inuertere soles, & cæreum ex eis nasum pro tuo cerebro plerumq; facere.

Malum Gnatonismum. ) Gnatonismus idem est quod assentatio, siue adulationis actus, à Gnato parasite apud Terentium. Aptum autem addidit euologium, dum uocat malum. Nihil enim est, teste Hieronymo, quod tam facile corrumpat mentes hominum, nihil quod tam dulci & molli uulnere animum feriat.

feriat. Vnde & Sapiens ait: Verba adulatorum mol-  
lia, feriunt autem interiora uentris.

Ἐπαρκτικῶς. ὑπερβατικῶς substantia & uita, unde  
ὑπερβατικῶς substantiuus & ὑπερβατικῶς substan-  
tialiter.

Symbolice. ) Σύμβολον nota à Ciccone dicitur  
sive signum. Vnde Σύμβολα Πυθαγορικά δι-  
ετα sunt quedam quasi enigmata, significantia rei  
alicuius occulte & recondite, quæ etiam συνθήματα  
& ἀλληγορήματα dicuntur. Hinc adiectiuū  
Σύμβολικόν, id est, coniecturalis, allegoricus &  
enigmaticus. Inde σύμβολικὴ θεολογία est, quæ  
in Sacram. implicita est hodie in Ecclesia, ut olim  
in ceremonijs legalibus fuit, & aduerbialiter Σύμ-  
βολικῶς, i. cōiecturaliter, allegorice et figuraliter.

A Gallicano. ) Hic proprio nomine dictus est Io-  
annes cognomento Philosophus. Scotus autem uoca-  
tus ab Alberto super illud Matth. 10. Confiteor ti-  
bi pater. Porro hic discretionis causa addidit præ-  
nomen, Gallicanum, ne suspiceris esse Petrum Sco-  
tum illum Argentinensem germanum. Primum illū  
cum Friduardo nescio quo, orbi infeliciter proge-  
nit Gallia, & aliquot annis aluit. Scripsit autem li-  
brum quendam de Eucharistia, qui damnatus est in  
Concilio Vercellensi.

Berengarius cum suo Landfranco. ) Bereng. iste  
S S Turo

Turonēsis de Eucharistia prauē sentiebat, cōtra quē  
 ex p̄cepto Leonis Papae in Conc. Tolet. Landfrā  
 cus doctor disputauit & cū cloquētissimo sermōe cō  
 futauit, & ab errore reuocauit. Vñ non satis cōstat  
 quis nā ille Landfr. sit, quē hic inter Hære. numerat  
 Vuice. nisi q̄ idē Land. sub Leone. 9. in Synodo Ver  
 cel. se purgauit ab errore Beren. Ex q̄bus cōstat q̄  
 suspectus fuerat, & fortassis factū est dū Berēgariū  
 ueneno leuat, se ipsum cōtagiōe pestifera p̄diderit.

Palinodiam canere compulsus. ) πάλιν οὐδ' ἔτι  
 est his quæ prius dixeris contrarium esse. Trāslatē  
 ab eo qui uituperatam à se Helenā postea laudauit.

Guimundus. ) Is ex monacho ordinis Bened. Ar  
 chiepiscopus Auerfanus factus, scripsit contra er  
 rores Beren. de corpore & sanguine domini lib. 3.

Algerus. ) Hic quoq; eiusdem ordinis monachus,  
 scripsit contra eundem de Sacram. altaris lib. 3. qui  
 adhuc extant. O felix illud seculum, Erant tūc Mo  
 nasteria, ceu quædam bonarū literarū Gymnasia,  
 ex quibus ueluti ex æquo Troiano passim ad Ecclē  
 siam redibant uiri doctissimi, æque & sanctissimi.  
 Quod si ad eū modū instaurarētur & hodie colla  
 p̄sa cœnobia, esset unde sibi gratulari posset Eccl.

Athletæ ἀθληταί. ) Id est, pugnatores inuini  
 cibles. Nam ἀθλητής latine dicitur pugil uel  
 luctator à uerbo ἀθλέω deductum, & ἀνικτός  
 inuincibilis.

invincibilis, qui nullis laboribus cedit.

Ecclesiæ mastig.) Id est, flagellatores & detractores siue eversores Ecclesiæ.

Almaricus.) Anno 1204 sub Othone 4. quibusdã uiris literatis psuasio Diabolica puer sum instilabat intellectu, quorũ Almaris. iste magister prauitatis erat. Hij dicebant nõ aliter esse corpus Christi in pane altaris, q̃ in alio pane & in qualibet re, sicq; Deum locutum fuisse in Ouidio sicut in Aug.

Vualdo de Lyon.) Et hunc Gallum fuisse ipsa patria indicat. Vide autem quã contagiosa ex una radice suppullularit soboles, ut non possit non esse uerum quod dici solet, κακὸς κόσμος κακὸν ὄν, id est, mali corui malum ouum.

Quem Vuicle.) Hic Ioã. Anglicus dictus, docuit Anno 1394. inter alios suæ sectæ articulos, Substantiã panis materialis, & similiter substantiã uini materialis remanere in Sacram. altaris, nec Christum esse in eodẽ Sacram. idẽtice & realiter in propria præsentiã corporali. Huius uenenũ auide hausit postea Hieron. ille Pragensis, cuius subinde pestifero dogmate coaluit omnis error Bohemorum.

Cum tota. Big.) Hinc ueniũt isti Begardi siue Beguini Hæc. qui inter cætera suæ gētis dogmata aiũt q̃ in eleuatione corporis Christi non debeant Christiani adsurgere, nec eidem reuerentiam exhibere.

Siculis

Siculis ger. uan.) Eo diuerbio utimur ad signifi-  
cādas res leuiculas & nihili, Deductū ab illius gētis  
moribus & uanitate.

Græcanici illi Stercoranistæ.) Infamia nominis  
indicat stultitiam erroris. Hij nanq; ex Græcia pro-  
gnati, negabant esse exonerādum aluū post sump-  
tionem panis cœlestis, ne cgereretur, quasi Christus  
nihil præstaret cæteris excrementis, & magis aluū  
occupet quā mentem.

Ad metam.) Id est, ad finem. Est quippe meta  
certus cuiusq; rei terminus.

Longæ periodi.) περιόδος circuitus, circuitio,  
ambitus. Solent autem ultro citroq; habitæ contem-  
tiones in orbem redire, dum nullus alteri cedit.

Exactior illa Scotistarum.) Hoc esse uerum ton-  
nus nostri Theologi profecerunt sua curiositate,  
qua ad uiuum usq; omnia metiuntur, nisi quōd & si  
dē paulatim sustulerunt, & mundum inextricabili-  
bus Labyrinthis implicarunt, qua occasione factū  
est, ut dum se quisq; eluctari nititur, in diuersos in-  
cidat errorum scopulos, iuxta illud uulgi: Incidit in  
Scyllam cupiens uitare Carybdim. Et cur non poti-  
us scripturis agunt res suas? Quid nugacius, quid  
curiosius quā arcana mysteria humano explica-  
re arbitratur, qua ratione scilicet conditus ac diges-  
tus sit

stus sit mundus, per quos (loquar cum Erasmo) ca-  
 nales, labes illa peccati in posteritatem deriuata  
 sit, quibus modis, qua mensura, quantulo tempore  
 in uirginis utero sit absolutus Christus, quemadmo-  
 dum in synaxi accidentia subsistant sine domicilio?  
 Sed hæc protrita. Illa demum magnis Theologis di-  
 gna putant, Num quod instans in generatione diui-  
 na, Num plures in Christo filiationes, Num possibi-  
 lis propositio: Pater Deus odit filium, Num Deus  
 potuerit suppositare mulierem, num Diabolum, niē  
 asinum, num cucurbitam, num silicem, Et quid con-  
 secrasset Petrus eo tempore, quo corpus Christi pē-  
 debat in cruce. Sunt innumerabiles ἀπὸ λειψίων  
 his quoq; multo subtiliores, de instantibus, de for-  
 malitatibus, de quidditatibus, eccetitibus quas  
 nemo possit oculis assequi, nisi tam Lynceus, ut ea  
 quoq; per altissimas tenebras uideat quæ nusquam  
 sunt. Jam has subtilissimas subtilitates subtiliores eti-  
 am reddunt tot scholasticorum uia, ut citius è La-  
 byrinthis temet explices, quàm ex inuolucris Reali-  
 um, Nominalium, Thomistarum, Albertistarum,  
 Occanistarum, Scotistarum, & nondum omnes di-  
 xi, sed præcipuas dūtaxat, in quibus omnibus, tantū  
 est eruditiōis, tātū difficultatis, ut existimē ipsis A-  
 postolis alio spū opus fore, si cogantur hisce de re-  
 bus, cū hoc nouo Theologorū gñe cōscrere manus.

Dean



De anserina lana & porcinis pennis, &c.) Iſtis  
Adagiolis ſolemus uti in meris nugamentis & re-  
bus nihili.

## CAPVT VIII.

**H**Aud dubito fratres, quin eos  
male habitura ſit huius capitis  
adfertio, qui ab omnibus Ece-  
cleſiæ inſtitutis, quæ nec ipſi  
intelligunt nec inſtituerunt, odioſe deſci-  
ſcunt & uariant. Contra quorum male-  
dicam inſolentiã nos oportune ſola-  
tur ac animat Solomon, cum inquit,  
Non recipit ſtultus uerba prudentiæ, ni-  
ſi ea dixeris quę uerſantur in corde eius.  
Verum nobis interim non eſt habenda  
ratio (ſi modo integri coram Deo appa-  
rere uolumus in die iudicij) placeat ne  
an diſpliceat hominibus noſtra doctri-  
na, quin hoc potius modis omnibus &  
ſedulo curandum, ut ea ſit integra & ſal-  
ua, quo poſſit illæſa conſiſtere aduerſus  
omnem probationis ignem. Non eſt au-  
tem cuiuſlibet ſpiritus, ſingulis rerum  
contra

controuersis certum dare iudicium, &  
 pro meritis, omnibus de rebus æquã pro  
 nunciare sententiã. Tametsi hodie haud  
 desint seueri, ne dicã impij Aristarchi, q  
 quum aliorum scripta ad uiuum usq; cẽ  
 foria notent uirgula, sua tamen nolint ui  
 cissim uel leuiter probari, cum tamen  
 summa sit æquitas, ut idem ius patiaris  
 tibi dici quod tu prior dixeris alteri. At  
 que ijdem ceu peculiari quadam prero  
 gatiua sibi uendicant in Paulum seden  
 tis ( quod aiunt ) ius, & nouis inturge  
 scunt reuelationibus ( nisi malis dicere fi  
 gmentis ) quum rerum omnino diuina  
 rum ignari & expertes, solã superbã ex  
 erceãt in mēte, plus suo molimine per  
 turbantes communem Ecclesię pacem,  
 q̄ possent uel septem Ecclesię Synodi  
 cõponere. Equidẽ facile est dictu, Hoc  
 est iniustũ, hoc est mancum, hoc est elũ  
 be, At difficile fuerit hoc ipsum iniustũ  
 ipsa re comprobare, quod alius pro  
 seruanda iustitia semel conscripsit ac se  
 rio confirmauit, & denique id ipsum  
 quantum

quantumuis elumbe, pari fidelitate imitari, ipsoque opere exhibere. Porro nos iam (etiam si rumpantur illa Codro) commemorationis Sacrificium tractabimus, quod in sua æstimatione nec maius nec minus est, quàm ipsum altaris Sacramentum. Ideo multorum in nos iudicia, eaque diuersa ferenda erunt, quæ nos interim nec fugimus, nec magni admodum facimus. Tantum id unum nos male habet, quòd partiales, quos uocant, sustineamus iudices, & oēs eiusdem ferè farinae censores sint, ita ut si antehac unquam nunc maxime, quo quisque doctior, hoc perfidior, hoc peior est. Et quod hinc boni expectare mihi liceat? Aut qua ratione iustum iudicium sperare possem, quando etià mei iudices, hoc est, Zoili & iniqui Mimi, iam longe ante inter se conuenerint & pronunciarint, quod ferre uelint suffragium, quod aut non strauox inceperit sua uerba formare, aut iam formata uerba, lingua proferre. Ut primùm enim me uiderint, & rude aliquod nostræ causæ initium olfecerint, dicentur

funt:

sunt: Ha, sufficit, satis est. Iam pridem callemus sensum hominis. Talibus quis se tuto credat? Quis in horum tergum suam fidem committat? Aut quis contra hos conspiratos uetres, & molestos Minos pro me ferat sententiam? Quis iudicet, quod discutiatur, & horum uertat iudiciu? Quid igitur? Oportet ne horum semper iudicio stare & non magis catholicae Ecclesiae decretis fidere? uel nihil amplius praesectis habeat Ecclesia praerogatiua, uel saltem contemplatione & ratione sui spiritus ac sanctimoniae? Dices: Tui iudices iuxta diuinarum scripturarum praescripta iudicabunt, & non iuxta suos affectus & opiniones. Feliciter est & mihi uolupte istuc audire ex te. Nam etiam si eorum affectus ac placita multum uerear in certamine, uipote qui eos intus & in cute nouerim, & sciam raro lupum mutare naturam, tamen audacter experiar sub iudicio scripturae & totius Ecclesiae determinatiõe. Interea si quod simpliciores & agrestiores ex hisce nostris scriptis

T (quando

(quandoquidē ad meliora nostra hortatur intentio) seipsos aduersus ingruentium malorum metum fortiores reddere uolent, ac certū firmare propositum ad percipiendam fidei ueritatem, aut si qui contrā magis succensere & obstrepere ament, quōd eis hæc minutiora & infirmiora uideantur, quā ut ad adstruendam ueritatem sufficiant, quum tamen alijs plus nimio uideamur reddere rationem, cum his ego nollem contendere, quin potius eos commiserim Deo, ut is dissidentes componat ac e medio iustorum submoueat cōtagia malorum. Tristū uulgo Adagium est: Antelucanis expurgisci oportet eum, qui uelit omnibus ad gratiam & scribere & dicere. Quōd si aliter fieri nequit, necesse est idem faciā, quod is qui inter acutissimas Simplegades transire laborat illæsus. Verum quid trepidem, quādo iam à confragosa illa Malea (gratia Deo) nihil mihi periculi sit, utpote qui recta nauigationis gnarus & certus sum.

Cona

Constat autem omnibus, ex duobus luce clarius Prophetis Esa. nēpe & Hier. ipsum Deum prædixisse, se electurum Sacerdotes ex gentilitate tempore noui Testam. iuxta illud Esaia: Ponam in eis signū & mittā, ex eis qui saluati fuerint ad gentes in mare, in Aphricā, & Lydiā, tenētes sagittam, in Italiā & Graciā, ad insulas lōge, ad eos q̄ nō audierūt de me & non uiderunt gloriā meā. Et annūciabunt gloriā meā Gentibus, & adducēt oēs fratres uestros de cunctis Gentibus donū dño, in equis & in quadrigis & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montē sanctum meū Ierusalē, dicit dñs, quomodo si inferāt filij Israel manus, in uase mundo in domū dñi, Et assumam ex eis in Sacerdotes & Leuitas dicit dñs, quia sicut cœli noui & terra noua quæ ego facio stare coram me, dicit dñs Deus, sic stabit semen uestrum & nomē uestrum. Et illud Hieremię: Hæc dicit Dñs: Non interibit de Dauid uir, qui sedeat super thronum domus Israel,

& de Sacerdotibus & Leuitis non inter-  
 ribit uir à facie mea qui offerat holocau-  
 stomata, & incēdat sacrificium & cedat  
 uictimas omnibus diebus, &c. Quæ san-  
 ne uerba, nulla ratione intelligi possunt  
 de Sacerdotibus ueteris Testamēti, nisi  
 uim uelimus facere tum ipsi simplici lite-  
 ræ, tum eius circumstantijs. Et maxime  
 si negemus apud Hieremiā per David  
 intelligi debere Christum. Proinde nos  
 ex Prophetis ita definimus Presbyteros,  
 non solum quemadmodum eorum mē-  
 tio fit apud Paulum, & quemadmodū  
 nobis cōcedunt & sectæ, Zekenim, hoc  
 est, seniores (ut est apud Psalmistā.) sed  
 etiam aliter quā meminit Paulus, &  
 quod solum prohibent sectæ, nimirum  
 Cohenim, quod nonnulli Papas, alij  
 Sacerdotes exponunt. Competit enim  
 id nominis in selectas quasq; personas,  
 quæ in sanctuario ministrant Deo, unde  
 & ueteris Testamenti Sacerdotes nō  
 alia uocabantur nomēclatura, quorum  
 officium erat offerre sacrificia & preca-  
 ri pro

ri pro populo. Proinde quisquis nūc in-  
 ficias it, hoc est, negat, in nouo Testam.  
 debere esse aliquos singulares & præci-  
 puos Sacerdotes, qui præsent uulgari  
 illi Presbyteratui, qui est cōmunis quæ-  
 dam omnium nostrum fraternitas, is  
 ipsam scripturā negat atq; inuertit. De  
 hoc uulgari communiq; om̄ium Sacer-  
 dotio sic quidem habes apud Petrum:  
 Vos genus electum, regale Sacerdotiū,  
 gens sancta, populus acquisitionis, &c.  
 Et apud Ioannem in sua Apocalypsi:  
 Qui dilexit nos & lauit nos à pecca-  
 tis nostris in sanguine suo, & fecit nos re-  
 gnum & Sacerdotes Deo & patri suo.  
 Similiter & apud Ireneum fortissimum  
 Ecclesiæ propugnatorem sic dicentem:  
 Omnes iusti Sacerdotalē habēt ordinē.  
 Sacerdotes autem sunt omnes domini  
 Apostoli, qui neq; agros neque domus  
 hæreditant hic, sed semper altari & Deo  
 seruiunt. Sed an idcirco Petrus princi-  
 pales illos Sacerdotes ac reliquos Præ-  
 sides è medio exturbarit, contempserit



que, quòd omnibus dixerit: Vos regale  
 Sacerdotium, facile advertere poteris  
 s. eiusdem Epist. cap. ubi quibusdam sin-  
 gulariter hoc onus imponit, commone-  
 facitq; eos, susceptum pastoris officium  
 summa cura & diligentia custodire. Ait  
 namq;: Seniores qui in uobis sunt obse-  
 cro consenior & testis Christi passionū,  
 Pascite qui in uobis est gregē Dei, pro-  
 uidentes non coacte, sed spōtanee secū-  
 dum Deum, neq; turpis lucri gratia, sed  
 uoluntarie, neq; ut dominātes in Clero  
 sed forma facti gregis ex animo. Adhęc  
 aperte uides apud Mosen, an ideo nolū-  
 erit habere & alios præcipuos Præsby-  
 teros, quia semel reliquo uulgo dixerit,  
 Vos eritis mihi in regnum Sacerdotale  
 & gens sancta. Quo ex loco etiā suā sen-  
 tētiā mutuatus est Petrus, Scimus em̄  
 summum Sacerdotem Aaron fuisse &  
 hunc post se per successionē alios habu-  
 isse usq; ad finē legis Mosaicæ. Atqui in  
 hunc modum & summus Sacerdos est  
 Christus, & habet sub se alios Sacerdo-  
 tes in

tes in sua Ecclesia, donec ipse redeat ad nos, & purget areã suã uentilabro iusti examinis. Et quidem hoc est uerè illud secundum ordinẽ Melchisedech Sacerdotium, tanto melius Aaronis illius Sacerdotio, quanto ipso Mose maior est Christus, & quanto ueteri Instrumento excellentius atq; perfectius est nouæ legis Testamentũ. Porro ipsa Dei Ecclesia suos ab initio ministros non solum Presbyteros, sed & Sacerdotes uocauit, haud dubie quin ex uirtute & autoritate locorũ iam iam ex Prop̃. adductorũ. De Sacerdotio suã Ecclesiasticã Hiera. & uocat & inscribit D. Dionys. ille Are. Sic nãq; exorditur: Sacerdotij quidẽ nostri functionem sanctissime fili Timot. augustioris esse ac diuinæ & diuinitus indultæ scientiæ, actiõisq; & perfectiõis, ijs qui sacratoris doctrinæ institutionẽ, ex sacerdotalibus mysterijs traditionibusq; acceperũt, de sanctarũ scripturarũ maiestate necessario demõstrare institui. Vnde & Chrys. 3. suos eloquentissimos

Dialogorum libros de dignitate Sacerdotali cōposuit & inscripsit. Sed & Cyprianus multa de authoritate nostri sacerdotij religiose meminit. Et ut ex multis pauca interferam, sic Cornelio fratri scribit: Cum hæc, inquit, tanta ac talia & multa alia exempla præcedant, quibus Sacerdotalis authoritas & potestas diuina dignatione firmatur, quales putas esse eos, qui Sacerdotum hostes & cōtra Ecclesiam Catholicā rebelles, nec præmonentis Domini comminatione, nec futuri iudicij ultione terrentur? Neque enim aliunde Hæreses obortæ sunt, aut nata sunt Schismata, quàm inde quòd sacerdoti Dei nō obtēperatur. Nec unus in Ecclesia ad tempus Sacerdos, & ad tempus iudex uice Christi cogitatur, cui si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas uniuersa, nemo aduersum Sacerdotum collegium quicquam moueret, nemo post diuinum iudiciū, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, iudicem se non iam Episcopi,

Episcopi, sed Dei faceret, nemo dissidio unitatis Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens seorsum foris nouam Hæresim conderet, nisi si ita est aliquis sacrilegæ temeritatis ac perditæ mentis, ut putet sine Dei iudicio fieri Sacerdotem, cum Dominus in Euangelio dicat: Nonne duo passeress uenerunt ad se, & neuter eorum cadit in terram sine patris uestri uoluntate? Quū ille nec minima fieri sine uoluntate Dei dicat, existimat aliquis summa & magna, aut non sciente, aut non permittente Deo, in Ecclesia Dei fieri, & Sacerdotes, id est, dispensatores eius, non de eius sententia ordinari: Hæc ille. Est aut hoc ipsum nomen (Sacerdos) frequētissimo in usu Christianis doctoribus, sicut etiam Tertulliano, qui sic ait: Iesus iste Christus Dei patris summus Sacerdos, qui primo aduentu suo humana forma & passibilis uenit in humilitate usq; ad passiōem, ipse enim effectus hostia per omnia pro omnibus nobis, qui post resurrectiōem

T 5      suam

suam indutus poderem, Sacerdos in  
 æternum Dei patris nuncupatus est. Et  
 subinde, Alter, inquit, pro delictis obla-  
 tus, & Sacerdotibus tantum templi in pa-  
 bulum datus, secundæ repræsentatiōis  
 argumenta signabat qua delictis omni-  
 bus expiatis, Sacerdotes tēpli spiritualis,  
 id est, Ecclesiæ, dominicæ gratiæ quasi  
 uisceratiōe quadam fruerentur, ieiunati-  
 bus ceteris à salute. Quare & illud Pres-  
 byteri nomen quo utitur Paulus ad Ti-  
 moth. non poterit facile aliter exponi, quā  
 de Ecclesiastico noui Testa. sacerdotio,  
 De quo S. Ignatius sic scribit: Quid est  
 Presbyterium, nisi institutio sancta con-  
 siliarij & confessoris Episcopi, quid etiā  
 Diaconi, nisi imitatores Christi, mini-  
 strantes Episcopo, sicut Christus patri,  
 & operantes illi operationē mundā &  
 immaculatā: Præter hæc omnia, nec ipse  
 Apost. Paulus negat nostræ Sacerdotiū,  
 quin potius admittit unā cum Christo  
 summo ac unico omniū Sacerdote. Ne-  
 que em̄ dicit sublatū esse Sacerdotiū, sed  
 translatum,

translātū, ita ut nouū sit Sacerdotium, si  
 cut & noua facta est lex. Translato enī,  
 inquit Paulus, Sacerdotio necesse est &  
 legis translatio fiat. Quanq̄ ibidē Apo-  
 stolus non uocet Presbyteriū, sed Hie-  
 rolinā, hoc est, peculiare quoddā Sacer-  
 dotiū, q̄d in exterioribus sanctis Eccle-  
 siæ caremonijs peragitur atq; consistit.  
 Hinc merito possem & nouæ legis sa-  
 cerdotes Hieromnemes, hoc est, me-  
 moratiuos, siue sanctæ memoriæ uiros  
 uocare, eo q̄ eorū officium constet sola  
 commemoratione Christi. Atqui hanc  
 nomenclaturā iustius possiderēt, q̄ olim  
 Atticus ille Magistratus, qui quur sic uo-  
 catus fuerit, nulla inuēta est ratio fide di-  
 gna. Subinde ergo quemadmodū pecu-  
 liare quoddam noui Testam. Sacerdoti-  
 um est, ita restat & altare huic soli offi-  
 cio congruum. Et quanq̄ cum Sedulio  
 Apostolicū illū locū quo dicitur, Habe-  
 mus altare, de quo edere nō habēt pote-  
 statē, qui tabernaculo deseruiūt, possem  
 de Ecclesiæ altari exponere, tñ propter  
 contenti

contentiosos ei expositioni supersedeo,  
& solo Dionysio contentus uiuo, locu  
pletissimo Apostolicæ ueritatis teste,  
apud quem haud est infrequens huius  
Ecclesiasticæ altaris mentio. Equidem  
& si aliàs sæpius, tamen præcipue eius  
meminit de Ecclesiastica scribens Hie  
rarchia: Itaq; Pontifex ubi orationē san  
ctam supra diuinum altare peregit, ex  
ipso incensum adolere inchoans, omnē  
phani ambitum circuit, demum ad san  
ctum altare iterum rediens Psalmorum  
incipit melos concinētibus secum sacra  
carmina omnibus Ecclesiastici ordinis  
gradibus. Et rursus: Qui uero ipsius or  
dinis præcipui sunt, unà cum Sacerdoti  
bus sanctum panem & benedictiōis ca  
licē sacrosanctis altaribus imponunt, cū  
ante præcesserit ab omni Clero uniuers  
salis laus atq; confessio. Sed quid arenā  
maris metiar? Quid pisces maris nume  
rem? Legimus & in Eusebio, quòd in  
Antiochia Syriæ altare sanctum uersus  
Occidentem fuerit collocatum. Atque  
ibidem

ibidem comperimus nonnullos à catho-  
 lica fide Apostatas, sanctum altare inho-  
 norasse in gratiam suorum dominorum.  
 Sic ex communi consensu apud omnes  
 Orthodoxos patres fit mentio huius al-  
 taris, unde constat Ecclesiam Christi nun-  
 quam fuisse sine altari. Quod si pergis  
 esse molestus, ecce habes uel ex Esaiâ no-  
 uî Testamenti altare cū suo titulo, suaq̃  
 honorifica inscriptione, nimirum in te-  
 stimoniū domino, quemadmodū apud  
 Athenas ignoto Deo. Ait enim Esaias  
 in hæc uerba: In die illa erit altare domini  
 in medio terræ Aegypti, & titulus domi-  
 ni iuxta terminum eius, & erit in signū  
 & in testimonium domino exercituum  
 in terra Aegypti. De hoc altari sic ait  
 Haymo: In die illa, id est, in tempore illo  
 post domini passionem, erit altare domi-  
 ni in medio terræ Aegypti, id est, in hoc  
 mundo. Et titulus iuxta terminum eius,  
 domini. Et erit, subaudi illud altare uel  
 titulus in signum dominicæ passiois &  
 resurrectionis. Et in Testamentum do-  
 mino



mino exercituum in terra Aegypti, hoc  
 est, in toto mundo. Per unum altare des-  
 bemus intelligere omnia altaria totius  
 mundi, Quia sicut una est fides creden-  
 tium, unum baptisma, una Ecclesia, ita  
 unum altare. Titulus autem qui iuxta il-  
 lud altare est, Euāgelium & Apostolo-  
 rum intelligitur doctrina, quæ usq; ad  
 terminos orbis terræ uenit. Proinde  
 quisquis istud altare secus interpretatur  
 & in diuersum exponit, huic idem con-  
 tinget, quod olim Oniæ cum suo Aegy-  
 ptiaco altari, de quo multa apud Iose-  
 phum. Quum igitur certo certius conse-  
 liare suum Sacerdotium & altare, sequi-  
 tur necessario ut habeat & hostiam. Ali-  
 oquin quorsum attineret Hierosina &  
 altarium? Sūt autem uariæ hostiæ in qui-  
 bus Ecclesia Christi nihil indiget peculi-  
 ari Sacerdotio, eo quòd quisq; Christia-  
 nus ad eas offerendas in sancto bap-  
 tismate consecratus sit Sacerdos, ac uen-  
 ctus, ut necesse fuerit eas compleat ex-  
 tione

tionē sui iuramenti atq; professionis. Nā  
quisquis Christianus hasce hostias re  
ipsa non præstiterit, is planè indignus  
est nomine Christiano, seseq; priuat eter  
næ retributionis mercede. In primis no  
stra lex habet corpoream hostiam, dicē  
te Paulo: Obsecro uos fratres per miseri  
cordiā Dei, ut exhibeatis corpora uestra  
hostiam uiuentem, sanctam, Deo placē  
tem. Habet & oris hostiam, astipulante  
Hosea: Tollite uobiscum uerba, & con  
uertimini ad dominū & dicite ei: Omnē  
aufer iniquitatem & accipe bonum, &  
reddemus uitulos labiorum nostrorū.  
Et rursus confirmante Apost. ac dicen  
te: Per ipsum offeramus hostiam laudis  
semper Deo, id est, fructū labiorū confi  
tentium nomini eius. Habet & hostiam  
cordis Psal. teste: Sacrificium Deo spūs  
contribulatus, cor contritū & humiliatū  
non despicias. Est & auxiliāris hostia au  
thore Paulo Philippens. scribente: Re  
pletus sum acceptis ab Epaphrodito,  
quæ misistis in odorem suauitatis, hostiā  
acceptam,

acceptam, placentem Deo. Atque eiusce  
 modi hostiam oportuit offerri omni-  
 bus in locis & omni tempore, & quidē  
 ab omnibus tum uiris tum mulieribus,  
 quia placet Deo super uitulum cornua  
 producentem & ungulas. Denique hic  
 offerte domino uestra sacrificia o Laici,  
 iuuenes & uirgines, senes cum iunioribus,  
 si tamen uultis digna Deo uestro  
 offerre. Hic date Deo quæ Dei sunt,  
 Hic mortificate mēbra uestra quæ sunt  
 super terram, Fornicationem, immundi-  
 tiam, concupiscentiam malam, &c. Hic  
 inquam, suffigite cruci ueterem illū ue-  
 stræ libertatis proditorem Adam, etem  
 eam pœnam diu commeruit. Audite  
 quid dicat Paulus: Qui autem sunt Chri-  
 sti, carnem suam crucifixerunt cum uitis  
 tibus & concupiscentiis. Post talem obla-  
 tam digne hostiam, laudate Deum, can-  
 tate Deo, agite gratias Deo, ita ut laus  
 eius semper sit in ore uestro. Sustollite  
 & puras manus in orationem, nam &  
 hoc est sacrificiū offerre Deo. Ait quipe  
 pe sacer

pe facer Pfaltes: Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum. Hanc subinde subsequatur intima cordis contritio & idonea detestatio præteritæ male actæ uitæ, sub qua defleas omnes uitæ huius miserias, quæ te sub Christiani nominis professione perpetuo premunt, & angunt. Porro posthac statim sequatur & auxiliaris illa hostia, quam Analogice manualē hostiam recte dixerim, ratione tali, quæ eius officium sit uel dare uel accipere, aut distribuere, quemadmodum Syrach monet: Salutare, inquit, sacrificium est, attendere mādatis & discedere ab omni iniquitate & propitiationem litare sacrificijs super iniustitia, & deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. Retribuet gratiam qui offert similitudinē, & qui facit misericordiam offert Sacrificium. Ex his liquido aduertis esse & aliud genus hostiarum, nimirum attendere mādatis Dei, itemq; recedere ab omni iniquitate

quitate, &c. Atqui dubio procul hoc  
 est illud Sacrificium iustitiæ, quod omni-  
 bus imperatur, testante P sal. Sacrificate  
 sacrificiũ iustitiæ & sperate in domino.  
 Atq; in uniuersum, potes & ipse fieri ho-  
 stia salutaris, quin & libenter fieri debes  
 cum hoc à te exegerit Deus. Verum  
 hoc omnium difficillimum fuerit, nimi-  
 rum seipsum Deo propter Christi Eu-  
 angelium offerre, ac in mortem trade-  
 re. Vnde Philippensibus Paulus, Sed est  
 inquit, immolor supra sacrificium & ob-  
 sequium fidei uestræ, gaudeo & con-  
 gratulor omnibus uobis, id ipsum &  
 uos gaudete & cõgratulamini mihi. Et  
 quidem eiusmodi hostia suauissime fra-  
 grat coram Deo, etiamnum si insipida  
 sit carni atq; molesta. En ad has uniuersas  
 cum corporales tum spirituales ho-  
 stias es tu, quisquis ille es ô fidelissime La-  
 ice, & uocatus & electus, Hem quid di-  
 co: imò & consecratus unicus papa &  
 peculiaris Sacerdos ante Deum, cuius  
 corona uita æterna est, De spiritalibus  
 hostijs

hostijs audi Petrum tibi dicentem: Deponentes omnem malitiam & omnem dolum, & simulationem & inuidias & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes rationabiles & sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem, si tamen gustastis quoniam dulcis est dominus. Ad quem accedentes lapidem uiuum ab hominibus quidem reprobatum, à Deo aut electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapides uiui superædificamini domus spirituales in Sacerdotium sanctum offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Verum extra hæc hostiarum genera & aliud restet oportet, alioqui uetus illa Synagoga, hac in parte nobis multo esset felicior. Nam & Iudæi uaria hostiarum genera habuerunt, utpote incensi, mortuorum, ciborum, potuum, pro peccatis, pacificorum, gratiarum actionis, Item Sacrificium antelucanum & uespertinum, &c. Tametsi hoc tempore nihili aestimet ista Deus & ad primum me inuisa habeat, Dicit enim per Esaiam:

Quo mihi multitudinem uictimarum ue-  
 strarum? Plenus sum, holocausta arietum  
 & adipem pinguium & sanguinem ui-  
 tulorum & agnorum & hircorum no-  
 luit. Ne offeratis ultra sacrificiū frustra.  
 Incensum abominatio est mihi. Et iterū:  
 Qui immolat bouē, quasi qui interficiat  
 uirū, Qui mactat pecus quasi qui exce-  
 rebret canē, Qui offert oblationē quasi  
 qui sanguinem suillum offerat, Qui re-  
 cordatur thuris, quasi qui benedicat  
 idolo. Et sacer Psaltes: Sacrificiū & obla-  
 tionem noluit, aures autem perfecit  
 mihi, holocaustum & pro peccato non  
 postulasti, tunc dixi, ecce uenio. Et  
 Amos: Odi & proieci festiuitates ue-  
 stras & non capiam odorem cœtuum  
 uestrorum, Quod si obtuleritis mihi ho-  
 locaustomata & munera uestra, non su-  
 scipiam, & uota pinguium uestrorum  
 non respiciam. Aufer à me tumultum  
 carminum tuorum & cantica lyrae tuae  
 non audiam. Sic habent & gentes suorum  
 demoniorum sacrificia. Pantimmolāt  
 canes

canes. Lampfaceno asinos & id genus  
spurciciei. Horum stultitijs succinit &  
Virgilius quum ait,

*Dona ferunt, onerant oras mactantq; iuuenos.*

Et alibi,

*Cumulant altaria donis. Ac rursus,*

*Principio delubra adeunt pacemq; per aras*

*Exquirunt, mactant lectas de more bidentes*

*Legiferae Cereri, Phæboq; patriq; Lyæo,*

*Iunoni ante omnes.*

Solennius autē Sacrificium apud hos  
uocabatur Buthysia. Nec contenti hisce  
nugis, quin etiam & humano (infandū  
scelus) litabant Saturno sanguine, tene  
risq; infantibus. Cybelæ apud coxas  
carnes dabant uiroꝝ, hoc est, excetos  
testiculos. Herculi congerebant maledi  
cta super suo *βουθύου*, &c. Vnde & scri  
ptura sacra sæpe indicat sacrificia Genti  
um quæ exhibebant Dagon, ut Iudicū  
habet Historia, quando Principes Phi  
listinorum conuenerunt in unum, ut im  
molarēt hostias magnificas Dagon deo  
suo & epularentur, & quæ faciebāt Ba  
V 3 al ut



al, ut Regum testatur Historia: Ingressi sunt serui Baal ut facerēt uictimas & holocausta, & quæ exhibebant uitalis in Dan, De quibus 3. abunde meminit Regum liber. Hieroboam enim excogitato cōsilio fecit duos uitulos aureos, posuitq; unum in Bethel, & alterum in Dan, ascendensq; altare ut immolaret uitalis quos fabricatus fuerat.

Iam autē (salutis tempore) haud omnino conuenit, ut sua singuli habeant sacrificia, unus hic, alius ibi, & quisq; pro suo arbitrio nouas instituat hostias, sibi que præscribat proprium numinis cultum, sed una sit necesse est hostia, cuius fundamentum & firmamentum solidis scripturæ testimonijs substructum sit, quæ admodum & memoratæ supra hostiæ (quæ omnibus Christianis communes sunt) sua habent fulcimenta ex scripturis.

Verum quomodo aliud uisibile sacrificium esse in nouo Testam. poterit, quā illud quod ab ipsis Christianæ Ecclesiæ primordijs semper pro salutari hostia cre-

stia creditum est: quæ est sacrosancta Eucharistia. Si potest esse alia hostia, hæc erit nulla. Si alia non est, merito hæc id permanebit quod fuit ante. Nemo enim est, qui non possit fateri, saltem propria conscientia dictate, esse necessarium, ut & nouum Testamentum aliquã habeat corporalem hostiam usui aptam, alioquin quæ esset nostra religio, quæ interim alias omnes & sanctitate uincit, & authoritate superat:

Hæc hostia & hoc Sacrificium, Eucharistia dico, ex pane & uino constructa, iam longe ante in Melchisedech demonstrata & significata est, id quod nemo hominum unquam, modo syncere ueritatis studiosus fuerit, inficias ibit, utcumque quidam id tentauerint, sed male cessit illis suus conatus. Quanquam tales (si modo uere Christi amatores essent) potius deberant nostrorum patrum iudicio, hoc est, Orthodoxis Ecclesie doctoribus subscribere, quam a nobis ad Iudeos desciscere, sub quorum magisterio & se erudiri sibi quisquam

persuaderi misere patiuntur, nimirum quod  
 non obtulerit Melchisedech. Sanè pul-  
 chra comparatio scilicet. Iudæi nos de-  
 bent Christianam fidem edocere. Iudæi  
 inquam, indicare nobis debent omnem  
 de Christo ueritatē, nostri patres atque  
 Orthodoxi doctores stulti erunt, nec  
 credentes nec quicquam intelligentes  
 de Christo. O præclaram sapientiam, o  
 uerè Euangelicam prudentiam, scilicet.  
 Libet interim hic nonnihil disputare in  
 præsidium & dogma illud Iudaicum.  
 Quorsum igitur illud pertinere censes,  
 quòd etiam quidam Iudæorum hūc panem  
 & uinum de sacrificio unà nobiscū  
 intellexerunt? Hoc tantum attexentes,  
 quòd non Melchisedech ista, sed potius  
 ipse Abraham obtulerit, quandoquidē  
 ipsi huic, hoc est, Abrahamo, plus semper  
 tribuant quàm alteri, hoc est, Mel-  
 chisedech. Nunquid & ij ipsorum Rab-  
 bini (ut uocant) nihil scientiæ, nihil sensus  
 habuisse credēdi sunt, in Chumisch,  
 siue in quinario opere Mosi? An fortas-  
 sis Nic

sis Nicolaus Lyranus, qui hæc recitat,  
 Hebraismi omnino ignarus fuit, con-  
 tra fortissimum Ioannis Capnionis testi-  
 monium: Ad hæc, præsto est & Rabbi  
 Samuel, qui hunc locum citra omnem  
 controuersiam de oblatione exponit.  
 Nonne iam rectius fuerit, nos Christia-  
 nos (quando etiam sine eiusmodi argu-  
 mentatione elucescat ueritas) uel paucis  
 credere Iudæis, qui penè attigerūt rectæ  
 fidei scopū quàm cæteris plurimis, qui  
 tunc nos de Christi Sacerdotio edoce-  
 bunt optima, quando lupus illæfas ser-  
 uabit oues, & hircus suum custodiet oli-  
 tori intactum hortum: Dices, Haud ali-  
 ud me sentire sinit litera. Respōdeo: Au-  
 dio Iudæum hæc adserere, cæterum ne-  
 mo unquam ab initio Christianorū hūc  
 locum subneruare conatus est & elum-  
 bem facere. Atqui his est Christus sum-  
 mus Sacerdos non secus inuisus, atque  
 atri limina Ditis, & tu quoq; eius Sacer-  
 dotali collegio inuides & execraris il-  
 lud gratiarū actionis sacrificium, quod  
 V S e me

ē medio sustollere niteris, ut leuiū quo  
 rundam hominum statuas opinionem.  
 Sed iam iam expendamus ipsam non  
 nihil literā, si quem fortasse & nos uerita  
 tis sensum possimus assequi. Hotzi non  
 significat obtulit, sed extulit. Deinde nō  
 habetur, fuit enim Sacerdos, sed Vehu  
 cohen, qđ est, & ipse fuit Sacerdos. Ter  
 tio, qđ cibarit Abrahamum pane & uino  
 regale fuit, quòd autem etiam benedixe  
 rit, sacerdotale. Et is quidem est nucleus  
 & summa eorum qui improbant huius  
 figuræ mysteriū. Sed respondeo, Quan  
 do quidem tu hæc tam anxie & ad uerū  
 usque expendere uis, proinde proprie  
 Hotzi significat extulit à Iarza, eo quòd  
 obuiam exierit Abrahamo. Verū ego  
 hic cibariam illam Melchisedech oblati  
 onem haud collocauerim in hoc uerbo  
 Hotzi siue extulit, quin potius remisero  
 in eius Sacerdotium, ac duo illa minuti  
 la uerba, panem & uinum. Quòd si has  
 dictiones unā cum uniuersis Iudeorum  
 machinis poteris eruere ac ē medio tolle  
 re, si

re, libenter intermiserim contentionem.  
 Dubio procul ipse Sacerdos extulit panem & uinum. Huius certi sumus & probe utrinque contenti. Restat autem quaestio in quem usum extulerit panem & uinum, & cui extulerit. Respondebis, Ideo ut comederet exercitus. Hoc proba scripturae testimonio, quam toties interpellasti. Alteri quaestioni, nimirum cui extulerit, ita respondes, Abrahamo. Sed hoc quoque firma scripturis, ad quas me ducis, quamquam ultra eum contendam & ego. Quod si uel unus inest scripturae eiusmodi punctus, qui aperte asserat, quod ideo Melchisedech protulerit uinum & panem, quo lassum reficeret exercitum, aut quod hoc, panem & uinum scilicet, Abrahamae protulerit ac dedit, sponte cessero, & ne mihi quidem fecero. Quae autem ratione te ad testificandum accingas? Nihil hic habes quod in rem tuam faciat, etiamnum si consulas uniuersam Synagogam Iudaeorum. Quum igitur nusquam habeatur quod Melchise

Melchisedech Abrahamo panem ac uinum extulerit ut ederet unà cum suis, quinimò & ipsa re probari possit Abrahamum sat commeatus habuisse, ut nihil ei opus esset huius regis subsidio, necesse est alia restat causa, ob quam Melchisedech eo tempore & tam prompte panem & uinum extulerit in occursum Abrahamæ. Quæ autem possit inueniri & oportunior & euidentior causa, quam Sacerdotalis illa hostia, quam ipse obtulit Deo in gratiarum actione, quòd ipse tam insignem uictoriam ac triumphum dedisset Abrahamo? Quemadmodum semper moris fuit, ut post feliciter peractas pugnas offerret Domino gratiarum actionis hostias. Vnde etiam & latini uictimam à uictima deducunt, sicut & hostiam ab hostibus cæsis. Vide primum librum Fastorum apud Ouidium. Ex quo autem Melchisedech Sacerdos fuit, pertinet ad eum hostiarum oblatio, maxime tempore uictoriæ Abrahamæ, quo futuræ ueritati consonaret typus. Proinde

Proinde unum fateare de duobus. Melchisedech Sacerdos fuit, an non fuit? Si Sacerdos, necesse est ut sacrificarit, eo quod nullus Cohen siue Sacerdos constituitur, nisi propter sacrificiorum oblationem. Si non Sacerdos, mentitur scriptura, & tu recte sentis. Sed mihi parum recte sentis (ut mea stat sententia) qui denegas scripturam, quæ toties Melchisedech in utroque Testamento adstruit fuisse Sacerdotem. Quum igitur undique constrictus iusto iudicio sis, cupis tandem ex hoc pistrino elabi, & temet in libertatem uindicare hac ratiocinatione: Fuit quidem Sacerdos Melchisedech, qui & obtulit, sed nequaquam tunc temporis, quin potius alio, & obtulit quidem non panem aut uinum, sed id quod & alij Sacerdotes, oues & boues ac pecora capiunt. Respōdeo: Testificationē sui presbyteratus atque sui officij in oblationibus ex te accipimus libenter. Verum interim ostende, quod non hoc quoque loco obtulerit, & ita me certiolem facito, eum



eum non obtulisse hac uice, quemadmodum ipse contra certus sum quod hic quoque obtulerit. Nihil enim relinquitur in litera quod obsistat, quo minus ipse Sacerdos hoc loco obtulerit. Quin potius contra habet litera quod extulerit ad offerendum, cuius rei tot utrinque gloriosos habes testes tam ex Christianis quam ex Iudæis. Quod si Melchisedech non sacrificauit hoc loco, sed alio, indica obsecro quando aliàs? Volo enim, imò & exigo hostiam quandam ex Melchisedech illo summi ac opt. max. Dei Sacerdote, aut ausim dicere quod parum dignus & sufficiens Sacerdos fuerit, ac proinde non satis honoris exhibuisse Christo Dauidem, quum uocat eum Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech. Christus Sacerdos obtulit, & quomodo non obtulisset Melchisedech? Enimuero me scire conuenit, quomodo & quando Melchisedech obtulerit, sicut certo scio, quomodo aut quando suam hostiam consecrarit Christus. Si iam ignoro

ignoro quomodo & quando, planè dubius ero an unquam obtulerit. Hinc iam sequitur, quòd Melchisedech Sacerdotum infirmius sit quàm ut debeat comparari Christo. Verum absit hoc. Etiamen ad hanc impietatem, quodammodo fenestram aperit & sternit uiam illa tua impudens rebellio. Quod autem lauius adstruis, Melchisedech non obtulisse panem & uinum, sed oues & boues, est parum emuncta sententia. Ex eiusmodi namque argumento consecratur esset, Melchisedech Mosaicum siue legalem fuisse Sacerdotem, cuius ministri sanguinolentis peragebant sua sacrificia hostijs. Verum ad hæc quid dicturus est Apostolus Hebræis scribens? Nihil hic ages, imò contra stimulum calcitrabis, etiamnum si ausis respondere & Christum sanguinolentam exhibuisse hostiam in cruce. Haud sic expugnabis ueritatis cubiculum, nec admitteris ad Regis sponsam. Causa in promptu est, Dauid & deinde Apostolus unanimiter adfir-

adfirmant Christum esse Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, & non secundum ritum Aaron. Par autem & æquale illud Sacerdotium, parem habebit & hostiam. Si iam Melchisedech obtulisset oues ac uitulos, oportuisset et Christum talia obtulisse, quoniam quidem idem utriusque esset Sacerdotium. Et si hoc uerum esse constiterit, erit Melchisedech ac Christi Sacerdotium prorsus Leuiticum, nec insignius nec melius quam illud Aaronis. Ac procul sit ista fides. Oportuit namque Sacerdotium Melchisedech ac Christi ante legem esse, ueluti sine initio, & post legem, ueluti sine fine mansurum. Contra Aaronis Sacerdotium, & certum principium, ac finem certum habere debuit, præ omnibus alijs differentijs, quas longe lateque Apostolus depingit apud Hebræos. Similiter acta ages, si ex hisce fateri uelis, Melchisedech quidem protulisse uinum & panem siue hoc loco, siue alio nescio quo tempore, cui perinde rerum typo Christus responderit in cruce.

cruce, & non in ultima cœna, sicut & omnes alias figuras Synagogicarum oblationum compleuit in cruce. Scita sanè collectio: Nunquid igitur & Christus panem & uinum obtulit in cruce? Nunquid & nos à morte, Diabolo ac inferis, pane & uino empti sumus? Quis hoc proferre audeat? Proinde si typum illū Melchisedechis fateris, subinde necesse est fatearis & rem ipsam, quæ in ipsa cœna dominica exhibita est à Christo. Cū enim Christus Sacerdos sit secūdum ordinem Melchisedech, oportuit eū quodque præstare sui Sacerdotij officiū, hoc est, offerre secundum ordinem ac ritū Melchisedech. Melchisedech autem nō obtulit panem & uinum in cruce, iuxta quem typum nec id Christus fecit. Cæterum quotquot restant figuræ Leuitarum oblationum, has uniuersas (illa excepta) compleuit Christus in cruce, nō tamen secundum Leuiticum ritum. Habes modo ratiōem huius uerbi Hotzi, quod non modo eleuat ac subneruat il-

lam Melchisedechis oblatiōem, sed potius indicat quid ante oblationem factū sit, nimirum q̄ panem ac uinū extulerit, ad conficiendam hostiam, quæ fortassis etiam postea cōmesta est, id quod lubēs concessero. Caue autem ne ad uinū usq̄ eius oblationem submoueas, ne pariter & Sacerdotium tollas in gratiam Iudæorum abnegantium Christum. Deinde uerum quidem est quod ipsa habet litera, Et ipse Sacerdos. Sed quid hæc obstant eius oblationi? Merito debuerant ista nostram cōmunire fidem (uti ex superioribus intelligere potes) quādoquidē ipse Sacerdos fuerit. Interim latinus suum, enim, non ex seipso cōsuiit aut finxit, sed hoc habet ex Septuaginta interpretibus Græcis, qui fortasse sic literam non sine euidenti causa transtulerunt. Atq̄ firmiter crediderim, nō ita procul à scopo ueritatis abesse, si Ecclesia consentiat Græcis quemadmodum & in plebisq̄ alijs locis facit. Neq̄ em̄ hinc aliquis suboritur à Christianismo discessus.

Atqui

Atqui in uniuersum nec tibi profuerit si è medio sustuleris hoc ipsum em̄, nec obfuerit nobis in tuenda nostra sententia. Si tanta tibi est uel authoritas uel facultas ut eandē uoculam & Christi uerbis adimas, quum tamen ea in ipsa litera habeatur Matth. 25. cur non & hic tuo uoto indulgeamus? Præterea nihil tribuo Sophisticis tuis subdiuisionibus, quibus niteris, Equidē, inquiring, si non suos cibauit pane ac uino Melchisedech conuiuas, quasi rex, & benedixit Abrahamo, merito oportuit crassius om̄ia explicare scripturam. Si ista tua uerba haberet ipsa scriptura, nec quicq̄ egerit cōtrouersia. Verū quo pacto æquioribus animis hanc tuam feremus commentationem, & qua ratione ei credere poterimus ueluti uerbo Dei? Hic habetur, extulit, nō aut, cibauit conuiuas. Numero erant trecenti, qui dubio procul plus panis ac uini insumebant, quàm unius uiri humeri ferre ualebant. Verum hæc sua facilitate deglutient atque dicent,

Melchisedech usum esse opera suorum  
 ministroꝝ. Hęc si rata est sententia, pose  
 sem & ego uicissim dicere, quòd Abra  
 hamo quoq; benedixerit per seruũ. Eua  
 ge rursus elegans constituimus sacera  
 dotium scilicet. Tametsi præter ea non  
 sit consuetudo scripturæ, ut hęc duo cõ  
 iungat, panem & uinum, quoties de cor  
 porali loquitur refectione, sed simplici  
 ter denotat panem. Quòd si amplius ali  
 quid adiunxerit, hoc ipsum erit aqua,  
 quemadmodum quarti Regum habes:  
 Pone panem & aquam coram eis ut co  
 medant & bibant, & uadant ad domi  
 num suum. Et Geneseos: Surrexit Abra  
 ham mane & tollens panem & utrem  
 aquæ, scapulæ eius imposuit. Sic in Nu  
 meris, Deest, inquit populus, panis, non  
 sunt aquæ, anima nostra iam nauseat su  
 per cibo isto leuissimo. Et tertio Reg.  
 quoq;: Non comedes panem neque bi  
 bes aquam, Idq; iterum atq; iterum ibi  
 dem. Sic Esaia: Panis ei datus est, aquæ  
 eius fideles sunt. Et 3. Esdræ: Exurgens  
 Esdras

Esdras abiit in pastofoium Ionathæ  
 & hospitatus illic non gustauit panem  
 nec aquam bibit super iniquitatem mul-  
 titudinis, &c. Nisi fortassis mihi obijce-  
 re uelis illud Prouerbiorum: Sapientia  
 immolauit uictimas suas, miscuit uinũ  
 & proposuit mensam suam, quæ senten-  
 tia iam longe ante in rem nostram con-  
 sentit, defensans huius Sacramenti cau-  
 sas. Quanquam etiam res indigna fuerit  
 ut Rex Melchisedech eiusmodi apo-  
 phoretis gratularetur Abrahamo, quũ  
 Reges argento & auro mutuo sibi gra-  
 tulentur & nusquam in scripturis eiusce-  
 modi gratulationis munus reperiatur.  
 Quin & ipsa litera testatur Abraham  
 & suos omnem hostium cõmeatum se-  
 cum abstulisse, ita ut consentaneum sit  
 splendidius eos epulatos, quàm ex sim-  
 plici pane & uino. Quid igitur Melchi-  
 sedech ligna ferret in syluam, & his cibũ  
 daret, quibus iam ante omnia suppete-  
 bant: Et si ideo Melchisedech tantum sa-  
 cerdos fuit & dicitur, quòd Abrahamo



benedixerit, erunt subinde & omnes Pa-  
 triarchæ Sacerdotes similes Melchise-  
 dech, quandoquidem & ij alijs hoc mo-  
 do benedixerūt. Quare inanis est om̄is  
 tua illa controuersia. Non seruat fidem  
 cum uentum fuerit ad pugnā. Boni Ca-  
 tholici perseverāt in ueritatis uerbo, ser-  
 uantes atq; credentes simpliciter, quod  
 Melchisedech Sacerdos panem & uinū  
 id tēporis extulerit foras, quo sacrificā-  
 ret Deo in gratiarum actionē, eo quod  
 Abraham uicerit suos hostes, & quod  
 sub hocce sacrificio benedixerit Abra-  
 hamo diuinis ac salutaribus uerbis, quæ  
 magis competunt sacrificio & cultui di-  
 uino, quàm commestationibus atq; cō-  
 uiuijs. Quin etiam hoc modo suum Sa-  
 cerdotium nobis demonstrauit, & no-  
 stræ Eucharistiæ typum præsignauit, in  
 qua & cū qua (Eucharistia dico) Eccle-  
 sia Christi quoq; gratiarum actionis sac-  
 crificium exhibet, eo q̄ uerus ille Abra-  
 ham, Deus ipse, inquam, per suū filium  
 infernales illos hostes prostrauerit, & ca-  
 ptium

ptium illum Loth, hoc est, humanum genus de Diabolica potestate erutum in pristinam Euāgelicæ uitæ libertatē asseruerit, &c. Atqui huius tam insignis beneficij ratione & contemplatione, quin & in cōmemorationem huius beneficentiae, nos ei quotidie offerimus, non boves, non uitulos, quēadmodum Aaron, sed id quod ante nos Melchisedech obtulit in typo, & post eū ipse dominus in ueritate, nimirū panem & uinū, quibus accedit diuinū uerbū, ut fiat caro & sanguis dñi unicum nostræ salutis pignus. Proinde charissimi, huius Melchisedech Sacerdotio tenacissime nos inhærere oportuit, ne nos aliquādo ab hoc diuulsi exitialis illa Iudæorū perfidia. Si Christus est Sacerdos in æternū sec. or. Mel. debet & eius sacerdotalis hostia ex pane & uino consistere, donec sibi ponat inimicos suos scabellum pedum suorum. Hanc enim æternitatē eatenus intelligo, donec Christus uerus Melchisedech, & Rex iustitiæ, regnū Deo patri tradiderit,

& quando militaris illa Ecclesia cum  
omni sua militia cessabit & in cœlestem  
ac spiritualem transformabitur Synago-  
gam.

Quonquam igitur is scripturæ lo-  
cos abunde nobis sufficiat, tamen haud  
quaquam uulgare ac proletarium præ-  
sidium contra Ecclesiæ hostes erit, si co-  
gnoscamus & penitus habeamus explo-  
ratum, quemadmodum & Orthodoxi  
doctores hanc de Melchisedech histori-  
am unanimiter de oblatione exponant,  
& ceu certissimam figuram perpetui  
Ecclesiastici (nostræ gratiarum actionis)  
sacrificij sua declararint luce, quod, in-  
quam Sacrificium, in usum perpetuum  
nobis commēdatum est, donec ipse do-  
minus redeat iustus Iudex. Equidem Io-  
annes Chrysostomus super Genesim  
sic ait: Vide quomodo propter honorē  
in Patriarcham collatum, insinuatur Sa-  
cramentum. Obtulit enim ei panem &  
uinum. Videns typum, cogita oro & ue-  
ritatem, & admirare diuinarum scriptur-  
rarum

rarum ueritatem, quomodo superioribus seculis & ab initio futura præsignata sint. Sic item Cyprianus, In Sacerdote inquit, Melchisedech, sacrificij domini, ei Sacramentum præfiguratum uidemus, secundum quod scriptura diuina testatur & dicit: Et Melchisedech Rex Salë protulit panem & uinum, Fuit autem Sacerdos Dei summi, & benedixit Abraham. Quòd autem Melchisedech typum Christi portaret, declarat spiritus sanctus in Psalmis ex persona patris ad filium dicens: Ante luciferum generavi te, iurauit Dominus & non poenitebit eum, tu es Sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Qui ordo utique hic est de Sacrificio illo ueniens & inde descendens quòd Melchisedech Sacerdos Dei summi fuit, quòd panem & uinum obtulit, quòd Abraham benedixit. Nam qui magis Sacerdos Dei summi, quam dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo patri obtulit, Et obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, hoc est,

X 5      panem

panē & uinū suū, scilicet corpus & sanguinem: Et post pauca: Vt ergo in Genesi per Melchisedech Sacerdotem benedictio circa Abraham, possit rite celebrari, præcedit ante imago sacrificij in pane & uino scilicet constituta, quā rem perficiens & adimplēs dñs, panem & calicem mixtū uino obtulit, & qui est plenitudo, ueritatem præfiguratæ imaginis adimpleuit. In eum modum loquitur & Origenes: Quis, inquiēs, offerēbat pro eis hostias: Certum est quòd ipse Iob. Si enim post hoc pro amicis suis iussus est offerre atque hostias immolare, multo magis pro filijs suis ipse offerēbat synceras atq; Deo acceptabiles hostias. Erāt nihilominus etiā ea tempestate Sacerdotes, necdum adhuc à lege ordinati, sed naturali sapientia hoc requirentē ac perficiente. Ita Sacerdotio functus est Abraham, ita Sacerdotium gessit Melchisedech. His consonat & Ambrosius ita scribens: Venisti ad altare, uidi disti Sacramenta posita super altare, & ipsam

ipsam quidem miratus es creaturam, tamen creatura solennis & nota, Forte aliquis dixerit: Iudæis Deus tantam gratiam præstitit, manna illis pluit è cœlo, Quid plus dedit fidelibus suis? Quid plus tribuit his quibus plus promisit? Accipe quæ dico, anteriora esse mysteria Christianorum, quàm Iudæorum, & diuiniore esse Sacramenta Christianorum, quàm Iudæorum. Quomodo? Accipe: Iudæi quando esse cœperunt? Ex Iuda utique pronepote Abrahamæ. Aut si uis, ita intellige, Ex lege quam Iudæi accipere meruerunt. Ergo ex pronepote Abrahamæ Iudæi dicti sunt tempore Mosis. Et si tunc Deus Iudæis manna murmuratibus pluit è cœlo. Tibi autem Sacramentorum horum figura præcessit, quando Abraham erat, quando uernaculos trecentos decem & octo collegit & sibi persecutus est aduersarios & de captiuitate eruens, nepotem suum, tunc uictor uenit, occurrit illi Melchisedech Sacerdos, & obtulit ei panem & uinum.

Quis

Quis habuit panem & uinum? Abrahā  
 non habuit. Sed quis habuit? Melchise-  
 dech. Ipse ergo author Sacramētorum.  
 Quis est Melchisedech? Qui significa-  
 tur rex iustitiæ, rex pacis. Quis est iste  
 rex iustitiæ? Nunquid homo quisquam  
 potest rex esse iustitiæ? Quis ergo rex iu-  
 stitiæ, nisi iustitia Dei, qui est Dei pax,  
 Dei sapiētia? Qui potuit dicere, pacem  
 meam do uobis, pacem meam relinquo  
 uobis. Ergo primo intellige Sacramēta  
 hæc quæ accipis anteriora esse quæ sunt  
 Mosi Sacramenta, quæcunq; Iudæi ha-  
 bere dicunt, & prius cœpisse populum  
 Christianum, quæ cœpisse populum Iudæ-  
 orum, Sed nos in prædestinatiōe, illum  
 in nomine. Obtulit ergo Melchisedech  
 panem & uinum. Hæc Amb. Eiusdem  
 opinionis sunt & reliqui omnes sancti  
 Doctores, uti abūde satis citatur ab alijs  
 in argumentum quòd catholica Christi  
 Ecclesia nūquam aliter uel sensit uel cre-  
 didit. Quòd si quis secus credat uel tene-  
 at, is & omnis sani sensus expers est, atq;  
 malo

malo spiritu inflatus, nihil rerum diuinarum intelligit.

Porro unus restat scrupulus, quem ut latius explicem ac deinde eximam oportet. Latrant ac obstrepunt fortiter Ecclesiæ oppugnatores, propter expunctam uoculam, enim (uti proxime audiuimus) quasi idcirco oblatio Melchisedech non possit designare sacram nostram Eucharistiam, cum tamen interim nec Cyprianus in sua Epistola hoc habeat (Enim) & tamen adserat eam (hoc est Eucharistiam) esse præsignatam ex typo oblatiōis Melchisedech. Quid ad hæc dicis? Hæc sunt illius uerba: Fuit autem Sacerdos, &c. Erratum'ne est etiam in particula autem? Cur tu igitur eandem uoculam reddidisti ex copula Vau: Sūt enim hæc tua uerba, Melchisedech autē Rex, &c. Si hæc ceu minutula contemnēda sunt, quid toties obgannitis, quid toties Ecclesiæ facessitis negotiū? Quid quod nec hanc ipsam uoculam (Enim) aliquis sacrificorum commentus est, sed  
Græci



Græci ac Hieronymus publicarunt, qui  
 procul ab omni mali suspitione liberrimi  
 sunt. Et crediderim eos adprime intellexisse  
 uniuersa Biblia citra tuam operam, cum tu  
 contra nequaquam citra illorum operam  
 quicquam intelligas. Vnde & minimam illam  
 consignificationem Vauhaud eos temere & non  
 intellectam præterisse crediderim. Præter hæc  
 omnia, & hunc Geneseos locum 14. etiam ita  
 exposuit Paulus Burgensis in suo Scrutinio  
 scripturæ, tametsi genuinus ac germanus  
 esset Iudæus, & utique sciret quod Hotzi  
 produxit significaret, iuxta quod & interpretatus  
 est dum ait: Melchisedech qui Sacerdos Dei  
 altissimi erat, legitur quod cum procederet  
 ad benedicendum Abrahæ de uictoria inimicorum  
 uenienti, eduxit panem & uinum, in quo  
 figuratur sacrificium Eucharistiæ, quod sub  
 speciebus panis & uini conficitur, & à Christo qui est  
 Sacerdos in æternum principaliter consecratur,  
 Vnde & P salmista loquens de sacerdote

cerdotio Christi eterno dixit: Iuravit do-  
 minus & nō pœnitebit eum, tu es Sacer-  
 dotes in .&c. quia sicut Melchisedech  
 obtulit panē & uinum, ut dictum est, sic  
 Christus in Sacrificium Eucharistię sub  
 speciebus panis & uini, consecrat cor-  
 pus suum & sanguinē. In quo sacrificio  
 Christus est sacerdos principalis & ho-  
 stia oblata, quod quidem mysteriū sic fi-  
 guratum est in prædictis authoritatibus  
 Gen. & Psalm. Licet Hebræi ex toto nō  
 intellexerūt, sicut nec alia mysteria Chri-  
 sti cognouerunt ad plenum, nihilomi-  
 nus tamen quidam de eorum glossatori-  
 bus antiquis aliquid de hoc quasi so-  
 mniando senserunt. Vnde in Glossa su-  
 per Genes. magna quæ dicitur Beresich  
 Rabba, super illud Genes. 14. At uero  
 Rex Salem eduxit panem & uinū, &c.  
 sic dicit: Hoc est, ac si diceret scriptura:  
 Tu es Sacerdos in æternum secundum  
 ordinē Melchisedech. Hæc ille. Ex quo  
 patet, q̄ secundum eū sacerdos in æter.  
 qui non erat realiter ille Melchisedech,  
 sed

sed per eum figuratus, habebat panem  
 & uinum, in sacrificium offerre, quod  
 proprie adaptatur proposito nostro.  
 Hæc ille. Sic etiam eum intellexit Raba<sup>us</sup>  
 nus Episcopus, Hebraicæ linguæ non  
 ignarus interpres, quemadmodum eius  
 Pentateuchus testis est. Hactenus audie  
 uimus typum Melchisedech, cui satis fie  
 ri secundum suum ordinē debet in no  
 uo Testamento in æternum. Ad hæc  
 ostendit nobis scriptura & alium, Exo<sup>us</sup>  
 di 12. ex illo Iudæorum Pesah, hoc est,  
 paschate. Quid hic factū sit apud illos,  
 legunt uniuersi, at pauci sunt qui aduer  
 tunt hisce inesse quædam uerba, quæ no  
 bis sunt ceu aheneus murus aduersus o  
 mnes aditus ingruentium Dei hostium,  
 & Ecclesiæ oppugnatorum. Quæ sunt  
 illa uerba? Et cum dixerint uobis filij ue  
 stri, quæ est ista religio? dicetis eis, uicti  
 ma transitus domini est. In quē sensum  
 & bis supra dixit, quòd deberent immo  
 lare agnum paschalem. Sic etiam Deute  
 ronomij præcipit dicens: Obserua men  
 tem

sem nouarum frugum & uerni primū  
temporis, ut facias Phase domino Deo  
tuo. Haud dubitauerim, si hæc quidam  
atq; his similia in Mose uerba penitius  
inspexissent, diligentiusq; uoluissent ani  
mo, & minimum hac tempestate esse cō  
tentionis, & plurimum pacis. Quid itaq;  
Dicam tibi in charitate: Maxima uocife  
ratio, quæ hodie contra Ecclesiæ gratia  
rumactiōem, eiusq; magnificentissimū  
Sacrificium inualefcit, ea est, quòd pars  
aduersa manibus & lingua adfirmare  
molitur, & adstruit iniquū uidelicet esse,  
ut hoc Sacrum ( quod missam uocant )  
uocetur sacrificium, quandoquidem ex  
ea manducetur, Sacrificium enim Deus  
sibi solus uendicet & non homo . Qua  
propter aliud esse oblationem & aliud  
commestionem, quandoquidem hæc  
duo uerba offerre ac edere, uel ex dia  
metro inter se pugnent. Nam si Missa sa  
crificium est, non poterit esse Sacramen  
tum, & contra si sit Sacramentum non  
poterit esse sacrificiū, eo q; hoc sursum  
Y offeratur

offeratur Deo, & illud contra manducetur, &c. Verum eiusmodi oblatantes canes, prius ipsum Moſen à capite ad calcē uſq; totū perlegiſſe oportuit, præcipue 12. cap. Exod. & 16. Deutero. q̄ ignorantia & quadam audacia temere omnia inuertant & damnent, quæ non intellexerint. Audis enim quemadmodum paſchalis ille Iudæorum eſus non ſemel ſed tertio in eodē capite repetitus, pro uictima ſiue ſacrificio deſcribitur atque imperatur, quæ interim & offertur Deo & māducat ab hominibus. Quod ſi etiam hic neceſſitate conſtrictus (quādo quidem ueritatem audis) dubitare uelis de hoc loco, & eius latius originem inueſtigare, en ipſa Moſi lingua, hoc eſt Hebraica duo tibi offert uerba Schahar & Zebah, quæ certiffime uictimam ſiue oblationem deſignant & exprimunt. Et quidē illa quoq; Catecheſis, id eſt, inſtructio, qua à patribus ſuis imbuendi erāt liberi, in hūc modū ab ipſa ſua origine & legitur & ſonat, Zebah peſa bu la adonai.

nai. Cui succinunt & Septuaginta Græci  
 interpretes iuxta latinum sermonē ita  
 dicentes: Sacrificiū pascha hoc dño. Vnde  
 & citra controuersia probatur q̄ Iuda-  
 ðæorum Pesah uerè Zebah fuerit, hoc  
 est, Eorū pascha sacrificiū fuit, Deo ob-  
 latum, quod subinde eos oportebat suos  
 liberos edocere, quo & ipsi scirent hu-  
 ius oblatiōis mysterium, quod cognitu  
 certe perq̄ necessariū erat. Eorū quidem  
 Pesah fuit agnus agniculus, quē immo-  
 labāt pariter & comedebant, neutrum si-  
 ne altero, sicut neutrū ab altero quicq̄  
 differebat, sed eodē cōstabant salutis sa-  
 cramento. Quare autē & in quē usum de-  
 buerant Iudæi cū suis uarijs ceremonijs  
 agnos suos immolare ac edere? Moses  
 respōdet & dicit: Habebitis autē hunc di-  
 em in monumētum & celebrabitis eum  
 solennē dño in generatiōibus cultu sem-  
 piterno. In sua quidē lingua Lezicaron,  
 q̄d Græci dicūt *μνημόσινον*, id est, Memo-  
 riale. Hęc formidolosis nec minus solici-  
 tis animis dixerim, q̄ propius ac penitius

cupiunt agnoscere solida ueritatis fastigia.

Hic iam aduerte amice lector, quæ admodum ex dictis diuinarum scripturarum locis, Christianæ hostiæ elucescat ueritas, suapteque sponte sese proferat in medium. Neminem autem futurum spero (nisi quis prorsus sanæ mentis impossit & careat cerebro) qui neget Pauli sententiam, qua dicit: Pascha nostrum immolatus est Christus, quibus certe uerbis signanter explicat hunc Exod. 12. locum, nos euidenter edocens qualem habeant Christiani Paschatis agnum, qui pro nobis semel in cruce oblatus sit cū sanguinis effusione, uti latius ad Hebr. 7. & 9. disputat, neque rursus posthac in eam formam immolabitur qua semel oblatus est in cruce, quin potius sub mysterio in figura panis ac uini, per uerbum fidei sanctificati, ueluti perpetua quædam & assidua gratiarum actio ab Ecclesia offerretur unica, omnium oculis aperte exposita, nostræ salutis hostia, quo singularis illa

illa commemoratio, ardēsque illud Christi desiderium innouetur in nostris mentibus, nosque accendat pari amoris affectu. Quod profecto in solo hoc nostro paschali esu contingit iuxta Mosaicæ legis typum. Iam confer ipsam obsecro imaginem cum Eucharistia Ecclesiæ, & ex omnibus diuerticulis in rectam redibis uiam. Primum haud dubito quin fatearis nostram sacrosanctam Eucharistiã, in illo paschali Iudæorum esu præsignatam esse & testificatam. Et si inficias ire libet, testabuntur aduersum te tum ipsum Dominicum opus, tum uerbum. Opus quidem, quia cœnam illam suam iuxta consuetum legis tempus celebrauit & deinceps finem imposuit uetustis legis ceremonijs. Verbum etiam, quandoquidem ipse dixit: Desiderio desideravi hoc pascha manducare uobiscum. Deinde pari fide confitearis necesse est ( siquidẽ uetus lex figura, nostra autem sit ipsa ueritas ) unum debere alteri ex æquo respondere, quo pariter



riter figura ac ueritas sibi consentiant,  
 tandemq; in ipsa rerum exhibitione sibi  
 mutuo consonent. Porro ipsa legis figu-  
 ra nūc testatur illam Iudæorum pascha-  
 tis hostiā (quæ est nostra uespertina cœ-  
 na) esse immolatam, uti abunde ex litera  
 ipsa cōstitit supra, ac deinde commestā.  
 Iuxta quem iō ordinem oportet & nos-  
 trum paschalem agnū primum offerri  
 ac deinde manducari. Et si hoc nostrū  
 pascha non dici debet Sacrificiū siue ob-  
 latio, nequaquā facimus satis ipsi figuræ,  
 quæ tam grauitur nos compellit ad ob-  
 lationem. Iudaicus ille agniculus nō im-  
 molabatur duntaxat semel, ita ut dein-  
 cept non amplius immolaretur ac man-  
 ducaretur, quin singulis quibusq; annis  
 offerebatur. Quid proinde obsecro dis-  
 criminis habet, si sepius idem fiat quod  
 piū ac salutare est, siue annue siue quoti-  
 die, quando quidem necesse sit plus q̄ se-  
 mel fieri? Si admittis annuam oblatio-  
 nem, non poteris tollere quotidianam.  
 Quod si contra dixeris, & nostram E-  
 chariæ

charistiam non debere nisi annue, & id quidem semel celebrari, pugnabit aduersum te, ueluti ex diametro ipsius domini sententia: Quotiescunq; facitis in mei commemorationem facietis. Atqui huic potissimum auscultabimus præceptorum. Quanquam etiam pulchre suæ figuræ conueniat, quod Ecclesiastici ex æquo omnes huic participant mensæ sub sacro paschatis tempore. Etiã si inhibitum nulli sit & aliàs idem facere sine certo temporis delectu. Item Ecclesiastici seipsos sub id tempus purificant acriter præteritorum pœnitundine, quo digni habeantur hac mensa conuiuæ, cuius facti sanè umbra fuit, quòd Iudæos omnem fermētatum extra domos suas oportuit efferre. Quid autem fermētum illud designet, facile ex A P O S T O L O animaduertere est, nimirum nequitiam & malitiam. Atque in hunc modum sibi concinunt Figura & Veritas in præcipuis huius mysterij causis. Ad hæc testatur quoque ipsa eadem

legis figura, paschalem illum ludæorum  
agnum esse immolatum simul atque com-  
mestum in memoriam diuinę erga se cu-  
stodię in Aegypto, necnon & in recor-  
dationem mirificę illius liberatiōis, qua  
eos exemit ab Aegyptiaca seruitute. Iux-  
ta quem ritum, & nostrę Eucharistię  
religionem institutã oportuit esse. Qua-  
re: Nimirum ut si quis apud se fluctuet,  
ancepsque huius ueritatis professor extite-  
rit, hunc statim citra moram possit Chri-  
sti uerbum uindicare ab omni ambigui-  
tatis scrupulo, & in eius doctrinę asse-  
re præsidium, tutissimum fidei asyllum.  
Cuius sanè doctrinę abunde locuple-  
tes nobis testes sunt Lucas & Paulus in  
hęc uerba de eo scribentes: Hoc facite in  
meam commemorationem. Iam ne uis-  
des quàm scite, quàm apte cum Mos-  
saica illa figura cōueniat, imò similia die-  
cat, nimirum quòd suum pascha ac illius  
Mosi pascha eodem pertineant, & ue-  
rè unum sint usu atque mysterio? Quin  
& eadem opera obstruit uiam his, qui  
olima

olim uenturi atq; dicturi erant immolationem Christi in cruce respondisse Iudaico illi  $\text{פסח}$ , & non uespertinae illi coenae siue Eucharistiae, quandoquidem Christus se nõ obtulerit in memoriam, sed in redemptionem. Num uero in memoriam se obtulit? In cuius quæso memoriam? Aut apud te ne idem est, memoria & redemptio? Ideo q; solidam atque germanam nec minus firmam sententiam habes apud Lucam atq; Paulũ, quorum posterior non solum huius nostrae Eucharistiae usum sub præcepto edisserit (quemadmodum alibi in huius libri partitione audisti) uerumetiam obnixe orat, ut uidelicet nostra Eucharistia pro uirili respõdeat Iudaico illo  $\text{פסח}$ , tam in oblatione ac esu, quàm in cõmemoratione, & cæteris omnibus, ita ut uehementer mirer, si quis ad hæc tã aperte exposita uerba, tum intelligenda, tum credenda, possit esse adhuc uel mētis tardæ, uel ingenij planè stupidi. Quòd si interim & hoc in teipso experiri neque-

Y S

as, recq;

as, reque ipsa explorare, quo uidelicet pacto fieri possit, ut Eucharistia aliquo modo fiat sacrificium & oblatio Christi, quum eius resonent uerba, Accipite & manducate, pugnentque inter se omnino dare & accipere. Audi his latiora: Nusquam legitur in scriptura, ita singula quaeque ueteris Testamenti holocausta esse immolata Deo, ut ex his nihil & a Sacerdotibus sumptum sit aequae & comestum, quin potius omnia econuerso habes. Lege hac de re >. Leuitici caput, in quo luce clarius habetur, quemadmodum hoc ipsum quod immolatum erat Deo, exceptum quoque sit a sacerdotibus & comestum, maxime pacificorum oblatio, iuxta quem typum & ipse dominus noster seipsum fecit oblationem pacificam, quo inter Deum & homines firmaret pacem, instauraretque omnia quae in caelis & quae in terra sunt. Latius uide Apost. Paulum scribentem de tanto mysterio Ephesiis atque Colof. Cuius sane salutiferi officij quouidie  
 nos

nos in nostra Eucharistia meminimus,  
 debitasq; persoluimus gratias in omnes  
 omnium seculorū generationes. Quin-  
 etiam, si adhuc es tam animo simplex,  
 uel potius nequiter stultus, ut credere  
 uelis oblationē semper adimere uitā ob-  
 lato, ac proinde Missam esse quoddam  
 homicidium illius quod succedit in sa-  
 crificium, scias & id certo persuasum ha-  
 beas, quisquis hoc dicit, q̄ ex seipso ea  
 ceu araneus fingat, hoc est, mētiatur. Et  
 nemo tam absolutæ eruditionis est, ut  
 hoc Paradoxon possit, teste scriptura, tu-  
 eri. Sæpe, fateor, oblatio designat inter-  
 netionem, sed non semper, si quidem ua-  
 ria immolabantur in lege, tamen non  
 omnia occidebantur. Dispice modo ex  
 tot uarijs nomenclaturis quodcunq; uo-  
 lueris uerbum, & tamen inter omnia ne  
 unū quidem reperies, quod certo desig-  
 net aliquā exitiale corporis necem, nisi  
 fortassis illud Schahat. Nec quidē inter  
 Græcos inuenies, nisi hoc unū fortassis  
*ὄψω*, uti habes apud Lu. 16. seu si qua alia  
 peculiaria

peculiaris sacrificandi nomina sunt, ut  
 ὁλοκαυτόω Paulus  $\Sigma\pi\acute{\epsilon}\nu\theta\omega\mu\alpha\iota$  utitur Gre-  
 ca dictione, in sua illa corporeæ mor-  
 tificationis delibatione 2. Timoth. 4.  
 Quāquam aliās etiam in alium sensum  
 capiatur. Latini quoties meminerunt ali-  
 cuius oblationis quæ præsentem adfert  
 mortem uictimæ, per hoc uerbum im-  
 molo plerunq; explicant id quod sentie-  
 unt. Offero uero unde oblatio deducit-  
 tur, varijs usurpatur modis, partius ra-  
 men, quoties mentio agitur uictimæ ali-  
 cuius quæ aliena persoluitur morte.  
 Quod si interdum in eum sensum acci-  
 pitur, ferè semper annexam habet appē-  
 dicem quæ exprimat genus oblationis.  
 Veluti: Obtulit in holocaustum, &c.  
 Quid proinde peccamus, quid sceleris  
 cōmittimus, si Eucharistiam uocemus  
 oblationem? quasi offero idem signifi-  
 cet quod occido. Heu quàm meticulo-  
 sum uerbum factum est unica uocula  
 oblatio, ut quisquis eam pronunciet, fra-  
 tum fataliter impeggerit caput. Atqui tā  
 grauē

grauem tumultum non oportuit mo-  
 uisse etiam si uel à sacrificio deducta es-  
 set uocula. Potes'ne igitur tolerare ut  
 Eucharistiam oblatiōem uocem aut mu-  
 nus? Si grauer accipis, quum dico Sa-  
 crificium, poteris tu intelligere sacrum  
 offitium, aut simpliciter Sacrum. Et si  
 hoc auditu tolerabile censes (eo q̄ uerè  
 Eucharistia sacra sit, id quod negare ne-  
 quis) cur non igitur subinde eam uel u-  
 nico uerbo nuncupem Sacrum? Quid  
 iam autem aliud est apud ueteres lati-  
 nos, Sacrum, nisi Sacrificium? Ita quoq̄  
 si fastidis ὀ Philomuse θυσιᾶν siue θεοθύ-  
 τῶν uoca ἱερῶν, siue πρόσφορα. Si te of-  
 fendit θύω substitue ἀγιαζω, Si uitas He-  
 braicum illud Schahat, huius loco repo-  
 ne minha, kurban, siue Iffe. Verum kur-  
 ban nimiū stridet Hebraice, quin igitur  
 perseueras in hoc nomine מִסַּחֲ מִסַּחֲ  
 Mis-  
 sath, quod pie & Christiane resonat eti-  
 amnum si sit uox Iudaica? Sed hoc face-  
 re recusas. Bene: Quid igitur uis ut facia-  
 mus tibi? Si tibi desipiscit noster cib-  
 quem



quem alium ad tuum palatum condie-  
 mus? Nusquam, inquis, habetur quòd  
 Eucharistia in scriptura uocet Missath,  
 Quin pari fide & tu dic sodes, ubi uoce-  
 tur Sacramentum. Si Eucharistia nò est  
 Missath, cur nò eam alio exprimere po-  
 tes uocabulo? Et quid aliud est dicere,  
 Missath non est oblatio, nisi, Missath nò  
 est Missath, quando quidem Missath si-  
 gnificet oblationē? Quòd si pergis esse  
 pertinax, tuoq; heres ingenio (faciamus  
 aliquod periculum istius tuæ audaciæ)  
 ne unquam utaris hac nomēclatura, sed  
 nec uoces altaris Sacramentum. Admit-  
 te nobis horum nominum usum, si qui-  
 dem & nostra sunt, & finge tuæ Eucha-  
 ristiaē alia. Sed quod erit illi nomen?  
 Quo uocabulo digne explicabis huius  
 Sacramenti dignitatē? Libēter uolumus  
 esse spectatores huius Tragœdiæ, & ex-  
 periri quàm feliciter succedat tibi cū uul-  
 go. Nihil enim dubito, quin statim cogi-  
 tabit, imò ipsa re subodorabitur cū con-  
 fucta nò audierit nomina, quòd pro Eu-  
 charistia

charistia sis illis ex altari partiturus recipientia raparum. Sanè, quantum coniectura assequi licet, egregius hinc scilicet & pulcher emerget diuini numinis cultus, ita ut intra paucos annos prorsus è medio sustollatur huius Sacramenti memoria. Iam tandem dic obsecro, quale nam nomen uis illi dare, quod in scripturis expresse habeatur? Testamentum dici cupis? Sed de hoc in ultimo capite audies propioria ueritati. Nunquid Eucharistiam? Bene, Quòd si sic eam cum Ecclesia nominas, confiteris & illud cum Ecclesia, quòd sub hoc nomine intellexerunt omnes Patres Orthodoxi. Mensam Dei appellare libet? Et id recte: Scias autem quòd Paulus ex mensa domini faciat altare, iuxta quòd in sequentibus latius auditurus es. Porro si iam unum atque idè est mensa & altare, rursus cum Ecclesia confiteris ueritatem. Proinde cum nolis hoc Missam unam cum Catholica Ecclesia nuncupare Sacrum, simul omnia tibi nomina

nomina intercipiuntur, & tandem Eucharistia ipsa. Sed ut ad institutum redeamus, Christianus homo haudquaquam se ideo occidit, si corpus suum exhibeat hostiam uiuam, iuxta Pauli Parænesim. Neque etiam idcirco sese interimit, si quoque iuxta Psalmistam, Contritum cor suum offerat domino. Quotidie offeruntur pacis preces, gratiarum actiones & munera Deo, & tamen nulla contingit datae mortis actio. Haud itaque crucifigit Christum Ecclesia, quum secundum ordinem Melchisedech fertret ac faciat, quicquid ei portendit Mosaicum illud Pesah. Quam igitur indoctos & nequiter stolidos eos esse oportet, qui eiusmodi nenas uulgo proponunt, quasi Ecclesia sequeretur crucis uictimam, & non magis imitaretur illius uespertinae coenae sacrificium. Nam quum Christus in cruce & non in ultima coena passus sit, nosque sequamur illius coenae ordinem, quo pacto crucifigimus Deum? Qui autem hi sint, qui rursus crucifigunt sibi Christum

stum, clare enucleabit nobis Apostolus ad Heb. 6. tantum tu cura ne ipse cōtētiōsus Ecclesiæ aduersarius inuentus, uetus ex horū numero merito censearis.

Interea quid obest, si nunc post demonstratum priorem nostræ Sacrosanctæ Eucharistiæ typum, etiā alium adducamus edisserendum ex Leuitico? In eo quippe legis quemadmodum præcepit olim Deus populo Israeliitico, in suis sacrificijs memorialem oblatiōem celebrare in odorem suauissimum domino. Constat ipsa sibi scriptura citra ullū fucum. Hebræi uocant hanc oblatiōem *Isse* siue *Azcara*, quod nimirum uerbū peculiari quodam iure pertinet ad Sacramentum altaris. Vnde & Septuaginta Græci eum locum *ἕτερον ἄρτον* interpretati sunt, eadem reddentes uerba, quæ & Lucas & Paulus, dum huius Sacramenti institutionem describunt, quo agnoscamus unum eundemq; spiritum esse locutum in utroq; Testamento, & ipsa re coram experiamur, quod is panis, quem

quem uetus illa Synagoga in monumē-  
tum obtulit, nostri præsignauerit Sacra-  
menti ueritatem & ordinem. Nec mini-  
mum adiumentū adfert quòd Azcara  
etiam significat suaue olentem oblatio-  
nem, quæ unice quadrat in Christum,  
qui semetipsum tradidit pro nobis obla-  
tionem & hostiam Deo in odorem sua-  
uitatis. Veruntamen ne quis hanc me-  
moriam oblationem in pane suffigat  
cruci, nec uelit infra in suo dimittere  
usu, en, uult ipsum Græcanicū ἀνάμνησις  
reciprocā habere memorialem oblati-  
onem, neq; enim dicunt μνησῶ uel μνήμη  
quæ simplicem rerum notant memori-  
am, sed ἀνάμνησις quod reciprocā  
hoc est, crebro recurrētem designat me-  
moriam, quam iterum atque iterum  
fieri oporteat, id quod & Paulus lubens  
concedit dicens: Quotiescunq; facitis,  
&c. Neq; enim illud Græcanicum ἀνά-  
ociose feriat. Ut tamen multa paucis  
complectar, hunc memorialem panem  
tantæ esse oportet uirtutis ac latriæ, ut  
omnino

omnino nobis unicam illam Iesu Christi oblationem pro nobis peractam in cruce, in quotidiana, plena atque subinde presentis commemoratione conseruet, suggerat atque tueatur inter tot tantasque curas, ac mille huius seculi calamitates, que nos dum hæc manet uita, perpetuo torquent ac angunt. Nec dubium est, quin & David de hoc Azcara cecinerit Psalm. 110. dicens: Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se. Memor erit in seculum testamenti sui. Quid clarius, quid apertius suo tempore de hac sacrosancta Eucharistia David dixisse potuit? Porro Prouerbialem illum locum de mensa sapientiae, quæ Christus est, pruden- tibus prætereo, interim lectorẽ remittens ad Cyprian. qui in hac parte nostro fungetur officio. Is autem sic ait: Sed & per Solomonẽ spũs sanctus typum dñici Sacrificij præmõstrat immolatæ hostiæ panis & uini, sed & altaris & Apostolorum faciens mentionem, Sapientia, inquit,

ædificauit sibi domum & subdidit co-  
 lumnas septē, Mactauit suas hostias, mi-  
 scuit in cratere uinum suum, & parauit  
 mensam suam. Et misit seruos suos con-  
 uocans cum excelsa prædicatione, ad  
 craterem dicens: Qui est insipiens, decli-  
 net ad me, & indigētibus sensu dixit: Ve-  
 nite & edite de meis panibus & bibite  
 uinum quod miscui uobis. Uinum mi-  
 xtum declarat, id est, calicem dñi aqua et  
 uino mixtum Prophetica uoce denunci-  
 at, ut appareat in passione dominica, id  
 esse gestum quod fuerat prædictū. Am-  
 plius si cui libet, potest & panem illū fa-  
 cierum, hoc est, propositionis in figurā  
 dominici panis referre. Illum soli Sacer-  
 dotes comedebant, & hunc quoque Sa-  
 cerdotes, siquidem omēs Christiani sint  
 spirituales Sacerdotes consecrati Deo.  
 Et quisquis non est Sacerdos, hoc est,  
 Christianus, hunc dedecet esus huius pa-  
 nis. Quir autem is panis Lehem pha-  
 nim uocetur, uaria est apud Veteres opi-  
 nio. Nam iuxta simplicem literaturam  
 eiusmodi

eiusmodi panis fuit qui omnibus coram  
proponeretur in mensa, uel qui aperte  
ante omnium conspectum profereba-  
tur in medium. Quanquam non solum  
non contemplabatur, sed manducaba-  
tur etiam, nec licuit Synagogæ unquam  
carere hoc sancto pane. Ecclesiæ quidē  
Doctores interpretantur hunc panem,  
de diuini uerbi pabulo, eo quod is pa-  
nis semper aperte ac sincere coram Deo  
dispertiendus sit Christiano populo in  
salutem. Quem sanē sensum refert no-  
bis & Man illud cœleste. Poterit interea  
& Eucharistiam significare, iuxta illud  
Ioannis 6. Patres uestri manducauerunt  
manna in deserto & mortui sunt, Hic au-  
tem est panis de cœlo descendens, ut si  
quis ex ipso manducauerit, non moria-  
tur in æternum. Equidem peracta huius  
uitæ militiæ, strenuis Christi Athletis da-  
bitur uerum illud manna in æterna glo-  
ria iuxta illud Apocal. Vincenti dabo  
manna absconditum, in similitudinem  
eorū qui quadraginta annis in deserto,



hoc est, qui labile huius miseræ temporis  
 sine cœlesti illo manna non sunt emens  
 si, uerum magis usi, in'que eius uirtute  
 hanc peregrinationem fortiter cum He  
 lia absoluerunt, haud absq; magno con  
 flictu contra spirituales potestates ac ne  
 quitias habitantes in cœlestibus. Man  
 apud Chaldæos sonat, Quis uel Quid?  
 Et est uerbum cuiusque fidelis animæ,  
 quæ secum de Deo eiusque mirabili  
 bus intra sui pectoris secreta admiratur  
 dicens: Quis hæc uniuersa largitur? De  
 us. Quid autem? Omnia bona, sancta  
 quæque & salutaria. Atqui in eum mo  
 dum possumus & nos salubriter hac uti  
 uocula Mana siue Manna.

Eandem præterea hostiam quam  
 habet Ecclesia, nonnulli ratam esse uol  
 unt ex Danielis Prophetia capite 8. &  
 11. in quibus uaticinatur Daniel quemad  
 modum olim Ha Thamid, hoc est, æter  
 na illa ac perpetuo durans oblatio aufe  
 renda erat per impium Antiochum re  
 gem. Laudo uiros qui tam industrie sus  
 as expli

as explicant uires in eruenda scriptura,  
eam que scrutantur die ac nocte, iuxta  
præceptum domini. Spero quoque fu-  
turum, ut inanes Pseudoprophetarum  
strepitus contemnant, quando ij dato  
studio omnem antiquitatem (exceptis  
pauculis) inuertant atque confringant.  
Verū quos uerè Ecclesiasticos deniciet  
uentosum folium? Quos semel recte ca-  
tholicos profligabit incondita Hæretic-  
orum loquacitas?

Liquet omnibus Danielis prophetiã  
capite undecimo dicere de auferendo iu-  
gi Sacrificio. Eam ergo primum intel-  
lectam uolumus iuxta literam, deinde  
etiam iuxta retrusiora spiritus mysteria.  
Propheta Daniel, magna in Babylo-  
nia angebatur sollicitudine propter di-  
uinæ tuẽdas fidei causas, & huic uni ne-  
gotio impendebat omnem animi sui uir-  
tutem. Ideo q̄p iuxta sua uota misit ei An-  
gelū suum Deus, qui reuelaret ei omnia,  
uidelicet quo pacto multis retro tẽpori-  
bus post Babylonicam illã captiuitatem

æque & remigrationem Hierosolymitarum, successurum erat utriq; genti, hoc est, Iudaicæ atq; Christianæ, cuiq; in sua fide. Cuius negotij supremus scopus is erat. Futurum ut Syriacus ille Tyrannus populum Dei, id est, Iudæos oppugnaret & ad terram usq; prosterneret, quemadmodum iam pridem Chaldaicus fecerat Tyrānus. Interea illaturus & prophanas manus in sanctuariū Dei, uniuersaq; inibi demoliturus atq; euersurus, ita planè ut omnem Dei cultum iuxta Mosaicam legem legitime institutū extingueret, hucq; tota intentione rediret, si quo modo posset Iudaismū transformare in impios Gentilium ritus, id quod & hodie sanguinolentus ille Turca totis molitur uiribus. Atqui ea Prophetia olim cōpleta est, ut testatur Machabæorum libri atq; Iustini.

Quin & inter reliqua exitialia Iudaicæ reipublicæ dispendia ablaturus erat & iuge Sacrificiū, quod imperarat Moses, & inuiolabili religione semper seruatum

tum fuerat apud Iudæos. De hoc Sacrificio multa habes in Numeris 28. cap. & in Neemia 10. & in Ezechiele 46. Vocatur q̄ apud Hebræos Olath thamid. Vocatur & Minha thamid, ut est apud Neemiam, hoc est 2. Esdræ 10. Græci id appellant in Mose & Neemia Holocauston Endelechismi. Veruntamen hic in Daniele simpliciter appellatur ενδελεχες μος, quemadmodū & in sua lingua simpliciter Thamid. Nunc uero, ut similia similibus conferamus, quemadmodum Thamid apud nos Germanos Teutones *Alweg* sonat, id est, sempiternū, uel aliquid simile quod perpetuo durat (iuxta quod & quotidianus panis in oratione dominica Hebraice Thamidi nuncupatur) ita uicissim græcum illud Endelechis apud nos interpretatur id q̄ semper æqua ac iusta portione perseuerat, nec mutatur unquam nec intermittitur. Et quidē hoc ipsum iuge Sacrificiū omnibus antelucanis celebrabatur, uti in Leuitico legimus (Exodo interim di-

cente mane & uespere) & hoc in recora-  
 tionem conditæ olim à Deo creature  
 & uniuersi mundi opificij, Maxime in  
 Sabbatis. Quòd si mysterium quaris,  
 præfigurabat unius ac solius Dei æterni-  
 tatem, & solida cœlestis patriæ gaudia.  
 Istuc autem Sacrificium furibundus ille  
 Tyrannus suppressit, funditusq; extirpa-  
 uit, iuxta Apocalypsim Angeli. Tame-  
 etsi nolint quidam hic admittere, quòd  
 solus Antiochus Epiphanes notetur,  
 sed magis Titi illi, uel si qui alij Ro-  
 mani Consules, ut Crassus, Sosius, Sa-  
 binus, & id genus Ducum, qui illud di-  
 uini cultus exterminium sollicitarunt, su-  
 oque fauore & instinctu prouexerunt.  
 Verum & hoc Iudaicum quoddam do-  
 gma est, ideo excogitatum, ut si ista bla-  
 sphemia transferatur ab Antiocho, in-  
 tercidat simul & ipsa ueritas figuræ.  
 Quisquis à capite ad calcem usque dili-  
 genter expenderit huius capituli lectio-  
 nem, is facile aduertet, quòd iugiter hic  
 unius

unius personæ fiat mentio, quæ illud grande excidium ex suo ingenio exorsurus sit, suo præcepto Marte perpetraturus. Quod autem interea & multorum aliorum hic fit mentio, qui peracturi sint cœpta belli munia, nequaquam nos cogit assentire Iudæis, quasi hic pugnantium manus nequeat esse Antiochi Principis, hoc est, belli duces, per quos ceu per suam manum prophanet Sanctuarium Dei, & auferatiuge Sacrificium. Hæc dixisse oportuit in præsidium eius quod proxime sequetur. Antiochus ille est uenturus ille Antichristus, quod uniuersus confitetur CHRISTIANISMVS, nec possunt non idem dicere & Schismata. Neque enim frustra Christus dixit Matthæi uigesimo quarto: Qui legit intelligat, certo loquens de Daniele. Quibus sanè uerbis, ceu digito demonstrat Antichristum, ac si dicere crassius uelit: Daniel Propl. c. 7. non semper de Antiocho, Pilate, &

& Adriano uaticinatus est, qui ab omni  
 nationem desolationis posituri sunt in  
 loco sancto, Hic Olympij Iouis simu-  
 lachrum, iste Cæsaris Aquilam, ille Schi-  
 kurtz aliquod, iuxta omnia quæ narrat  
 primus Macchabæorum liber, sed mul-  
 to magis de perpetuo illo meo aduersa-  
 rio, quem ipse Satan corporaliter possi-  
 debit ac inhabitabit, qui quæ omnes quoti-  
 quot meum nomen profitentur, sua fe-  
 rocia profligabit, & quicquid Christia-  
 num ac sanctum est, euellet, iuxta Antio-  
 chi Tyrani typum. Et si hoc uerum est,  
 necesse erit subinde, ut in nouissimis tem-  
 poribus sæuiat inter Christianos Anti-  
 christus ad similitudinem illius Antio-  
 chi, qui ante Christi natiuitatem grassa-  
 batur inter Iudæos. Sed & Antiochus  
 inter cætera sustulit etiam iuge Sacrifici-  
 um Iudæorum, quare necessario sequi-  
 tur, quod & Antichristus eruturus sit quoti-  
 tidianum illud Christianorum Sacrifici-  
 um. Et hinc quoque consecutaneum est ci-  
 tra cōtrouersiam, etiã Christianos oportere

tere aliquam hostiam habere, ne in typo euacuetur ueritas. Alioqui quid posset sustollere Antichristus? Et tamen oportet omnino impleri scripturam. Quale autem hoc genus sacrificij erit quod auferet Antichristus? Corporis' ne an contriti cordis? de quibus superius latius tractauimus. Sed hoc genus hostiarum nequaquam competit huic instituto, eo quod nulli exterminio obnoxium sit. Qui sunt igitur ij qui inuident Christianis exterius Sacrificium, quin & eos sua defraudant hostia, quam interim eos habere oportuit, nisi prorsus nos fallant uaticinia Prophetarum?

Age iam tandem retrusam quorundam nequitiam ab auriculis foras protrudamus, qui fortasse contra nos obstrepentes dicturi sunt: Hæc quidem de Iudaico illo tantum Thamid hætenus siue iugi Sacrificio dicta, quid ad nos pertinent? Parerga sunt & a nobis aliena. Respondeo, Tu'ne audes ista dicere? Optime. Eadem opera nega etiam omnes alias eiusdem



eiusdē Danielis Prophetias de Antichri-  
 sto, & tantum iuxta literam simpliciter  
 de Antiocho intellige uniuersas. Quod  
 si feceris (facies autē uel coactus & quie-  
 dem citra gratiam) iam tuis scriptis meli-  
 or decider portio, quæ maxima ex parte  
 ex huius Prophetæ uaticinijs Papiſticam  
 oppugnant authoritatem. Ecquid  
 ſubinde ipſe rogo tam ferociter cogis  
 myſticum huius Prophetę ſenſum, iam  
 Regia illa facie, nunc illecebrosiſ in ſce-  
 minas concupiſcentijs, denique cum ſui  
 ſine manibus excidio, ſuoq; Maozim,  
 & c. Quanquam ſine mente uoces ſint  
 & irriti conatus. Quòd ſi tibi Daniel ad-  
 uerſus commune Eccleſiæ Miſſath inſu-  
 rrexiſſe uidetur (id quod fictitiū eſt)  
 qui Chriſtianum illud Thamid, hoc eſt,  
 Sacrificiū ſublaturus eſt: Tua'ne in Da-  
 nielem congeſta mendacia æſtimari ſo-  
 lum debent, & non potius uetus illa ac  
 ex Deo prodiens ueritas ſibi uendicabit  
 pondus & fidem: Tibi'ne ſoli uaticinari  
 contra

contra Antichristum debuit Propheta,  
 & non item nobis? Vel solum de  
 Antiocho prædicare debuit? Quis hic  
 tam cæcutiat, ut non uideat Ecclesiæ  
 æque & Eucharistiæ hostes impure sua  
 tractare dogmata, & sine uerecūdia no-  
 ua fingere? Eiusmodi Spermologis ac  
 Chrestologis unâ cum Daniele san-  
 ctum Paulum uel inuitum subscribere  
 oportuit, imò ex ipso Daniele certio-  
 ra differere de hoc Antichristo ad  
 Thessalonicenses. A nobis autem Apo-  
 stolum & Prophetâ longe oportet esse  
 diuisos, O præpostera iudicia.

Quando quidem igitur horum per-  
 uerforum dogmatistarum deprehendi-  
 mus fallaciam, & sensimus perfidiam,  
 & ipse Propheta in suo munere inui-  
 olabilis atque immobilis perseverat tes-  
 tis aduersus futuri Antichristi Tyranni-  
 dē, placet perstare in certissimo atq; san-  
 ctissimo Dei uerbo, quod suæ Ecclesiæ  
 per suum Angelū denunciauit, uidelicet  
 quomodo

quomodo ille homo peccati & filius  
 perditionis sit reiecturus Christianorū  
 hostiam, iuxta typū olim in Antiocho  
 depictum. Atqui hoc ipsum longe ante  
 præscire oportuit Ecclesiam quam fiat,  
 ut cum factum fuerit, credat, ita fieri ne-  
 cessum esse, quo impleatur scripturæ ve-  
 ritas. Item idcirco eam præsciam huius  
 oportet esse tribulationis, quo paratius,  
 patientius atq; animosius terribilem illā  
 Antichristi sustineat persecutiōem quæ  
 ex parte in huius Prophetæ Prophetia  
 ad unguem descripta est. Nicolaus ille  
 Lyranus ex alijs Doctoribus multa col-  
 ligens in huius capituli declarationem, di-  
 cit quòd tempore Antichristi ob nimiam  
 formidinem non audebunt credentes  
 consueta celebrare Sacrificia. Nollem li-  
 benter esse garrulus, & alienæ conscien-  
 tiæ traductor, & tamen unus, id quod  
 coactus dico, superest ex tam numeroso  
 Hæreticorum grege, qui hic non cessat  
 omnem excitare Tragœdiam, & infir-  
 mis ponere offendiculū, Is sibi meuat  
 uelū,

uelim, ne hisce sufficiatur locis, è quibus uindicat Antichristū. Claret ipsius scripturæ opificium, & patet omnibus ipsa operū testificatio, quæ & fortiter suffragantur ueritati. Tametsi & ipse satis intelligat quid sibi uelit Daniel cum suo Hefiru, Et sin minus eum atq; suos hoc uerbi ferit, quàm ut sentiat, sanè erenciam habeat oportet pellē, nullis peruiātelis. Equidem istud Sarah, siue uagam illam ἀποστασίαν de Ecclesiastico Sacrificio excitauit idem ipse, nec aliud est qđ fortius oppugnet, simile faciens nimirè, quod & olim agmine facto Antichristus factururus est, ita sanè, ut merito quis quæsierit, si aliquis non solum Christianus, uerum etiā & Euāgelista esse possit, ac eadē opera facere facta Antichristi.

Supereſt ſuprema huius Eucharistiæ ſententia, deprompta ex Malach. i. cap. Quòd ſi & hāc quis uiolēta manu inuaſerit, cogor admittere uel inuitus. Extorquere tamē nemo poterit etiā ſi aſtutiſſimus fuerit. Verba quidem patēt

omnibus, leguntur ab omnibus, interpretantur & exponuntur ab omnibus, pro suo cuiusque ingenio, & tamē in suo genere inuiolabilē retinent ueritatis confessionem. Reijcitur hic à Propheta Iudaicum illud Sacrificium, & aliud futurum prophetatur, quod non in Hierusalem nec inter Iudæos, sed in toto terrarum orbe & inter Gentes magnificabitur. Constant hæc omnibus. Tātum in hoc omnis uersatur contentio, quia alius sic, atque alius aliter intelligit hanc Gentium oblationem, unusquisque ut propria fert opinio, quo ex inconsutili scripturæ unica faciant dissutum cothurnum. Verum istud non expedit, nec quidem fieri oportet. Hoc namque modo Ecclesia Christi cito redigeretur in nihilum.

Proinde si qua magis tutior nos delectat inter tot Syrenarum cantus atque Siculos fluctus nauigatio, audire conuenit, quomodo ab initio nascētis Ecclesie & hunc locum intellexerint primi nostræ fidei patres. Hoc autē nemo Irenæo melius

melius poterit indicare nobis, qui præ  
cæteris omnibus certissimus huius Sa-  
cramenti indagator atq; assertor fuit, uir  
Apostolicus & fide dignus. Is ergo scri-  
bit lib. 4. Malachiam Prophetam dixisse  
atq; sensisse de nostræ Eucharistiæ Sacri-  
ficio. Porrò quis iam dubitet Irenæum  
istud ex Apostolorum discipulis audisse,  
ac didicisse? Cõpertissimum enim est qd  
temporibus Apostolorum Ecclesiasti-  
ca illa Eucharistia credita & seruata fuit  
pro oblatione pura & hostia sancta. O-  
portuit autem & eos ex scripturis uete-  
ris Testamenti testimonium huius opi-  
niõis habuisse. Vbi autem tale inter oēs  
scripturas reperias quod tam aperte atq;  
crasse hanc pronunciet Eucharistiam, si-  
cut huius Prophetæ uaticinium? Qua  
propter quicquid nobis hoc in loco assi-  
gnat Irenæus de oblatione siue Sacristi-  
cio ex Malachia, id omne communem  
putemus Catholicæ Ecclesiæ esse do-  
ctrinam, cui ipse præ alijs suo testimo-  
nio tantum defert. Atqui huius unius  
a 2 autho-

authoritas pluris nobis debet esse, quam  
 uaga nostra opinio & fallax coniectura.  
 Suffragatur huic & Diuus Cyprianus,  
 testaturque ceu ex consensu totius sui  
 temporis Christiani populi, quod is Ma-  
 lachiae locus tantum de Sacrificio nouae  
 legis exponendus sit & intelligendus.  
 Contra Iud. li. i. ca. 16. Sic Chrys. Tom. 6.  
 Psephmate 2. con. Gen. Similiter D. Hier.  
 sup. Malac. c. i. Atque in hunc modum loquuntur  
 ferè oēs Doctores, usque ad Rupertum  
 illum Tuizen. clarissimum omnis probita-  
 tis exemplar, omnisque uirtutis Antistitem,  
 sup. Malac. c. i. Quin & Iudeus ille Rab-  
 bi Schlomo hunc Prophetæ locum de Chri-  
 stianorum Sacrificio, quod Missath uocamus,  
 tibi exponet. Atque hunc germanum  
 Prophetæ sensum haecenus inculpatum  
 (quemadmodum per manus uicissim sibi  
 succedentium accepit) retinet Ecclesia.  
 Quamquam etiã si minus hunc ex Ortho-  
 doxis haberet scriptoribus, posset uel hodie  
 cum elicere ex simplici contextu scripturae.  
 Neque hic restat, quod huius Sacrificij  
 ueri

ueritatem impediatur, quando quidē omnia  
ita ceu ad amissim sibi conueniant, ut  
ipsa sua consonantia plurimum adferat  
adiumenti & roboris stabiliēdæ hostiæ  
Christianorum. Id enim quod de incen-  
so dictum est, orationes iustorum desi-  
gnat, uti Irenæus ex Apocalypsi testa-  
tur, eo quod nulla oblatio sine oratione  
fieri debet nec potest. Is autem sic ait: Est  
altare in cœlis, illuc enim preces nostræ  
& oblationes nostræ diriguntur, & tem-  
plum, quemadmodum Ioannes in Apo-  
calypsi ait: Et apertum est templum dei  
& tabernaculum, Ecce enim, inquit, ta-  
bernaculum Dei, in quo habitabit cum  
hominibus. Sed & sacer Psalter oratio-  
nem confert incenso, cum dicit: Diriga-  
tur oratio mea sicut incensum in conspe-  
ctu tuo, eleuatio manuum mearum Sa-  
crificium uespertinum. Quo etiā in uer-  
su Hebraicum illud Ketoreth habes ex-  
pressum. Vnde merito suæ impudentiæ  
eos puderet, qui repugnantem hunc lo-  
cum detorquent ad spirituales nostrum



corporis hostiam, cuius ad Romanos meminit Paulus. Sunt etiamnum & alij qui sibiipsis facessunt negotia de Hebraico illo Tehorah, nihil præterea agētes. Rursus quidam, sed tolerabilius exponunt de gratiarum actiōe, qua ex occasione confitentur, & Eucharistiam esse quæ in seipsa oblatio est, & quidem talis ex cuius unius causa totum Sacramentum fieri potest Sacrificium. Verum hic statim mihi obijcient Tertullianum qui hunc Malachiæ locum iterum atque iterum de benedictione Dei & oratione exponit lib. 3. & 4. cont. Marcion. Verū enimvero ut ipse Tertulliani partes defendam, audacter respondeo, eū nequam eiuscemodi uerbis Catholicæ Ecclesiæ deijcere opiniōem, quam nos bona fide percepimus ex Irenæo. Quid igitur Tertul. de hisce scribit ceremonijs, quæ ad Missæ officium pertinet, & per quas recte sincereq; offertur Deo, ut sunt, Gloria, benedictio, laus, cantica spiritualia, & oratio simplex, ex consciētia pura.

pura. Atqui reuera hæc uniuersa atque  
singula est oblatio munda, sancta & be-  
neplacens Deo ab unoquoq; atq; omni-  
bus facta. Et si hæc accedant ad Sacra-  
mentum (uti fieri necessum est) gratior  
erit Deo oblatio ista. Proinde concedas  
uelim Irenæum recte intellexisse Pro-  
phetam de Sacrificio corporis & sangui-  
nis Christi, quando quidē dicat ipse, Ec-  
clesiam sic accepisse ab Apostolis. Sed  
& Tertullianum admitte non impium  
intellexisse eundem, siquidem id de  
quo ipse dicit, huic oportuit adesse ob-  
lationi, estq; ita efficax, ut uel in seipso  
sit suauissimum Sacrificium in odo-  
rem suauitatis DOMINO. Neque  
enim inter se dissident hi Orthodoxi  
patres, quin potius glutino quodam  
spiritus connexi, germanum nobis  
reddiderunt Ecclesiasticum Sacrifici-  
um ex Malachia cum suo sensu. Por-  
rò Iudæorum quidam etiam hunc lo-  
cum de precationibus exponunt sed  
suis quas passim inter Gentes faciunt,

ueritine sibi præripiatur scriptura, quã mordicus tenent.

Sanè Propheta ipse dicit de Sacrificio mundo, siue oblatione pura, quę ita omni ex parte defecata sit, ut sua puritate niteat atq; reiuceat. Facile fuerit cuius iam cernere, quòd illa sancta unde quęque puritas soli huic conueniat Sacramento, nec alteri cuipiã Sacrificio, quandoquidem hoc solum ita purum & lucidum sit per Dei uirtutem, in sui illa mirifica commutatione, ut nihil sit, quod huic ualeat comparari. Oportet autem hanc oblationem aliquo modo uisibile esse, quemadmodum usus Sacrificiorũ solet esse, quę portantur, ferũtur, ac deponuntur, &c. Quòd si Propheta spirituales tantum uoluisset intelligi oblationem, clarius nobis eam & quidem cũ appendice enucleasset, iuxta scripturę consuetudinem, uti Dauidem fecisse constat, qui dum illud cõtriti cordis Sacrificium describeret, non solum cordis meminuit, uerum addidit & spiritum contribulatum.

bulatum. Sic cum Hosias labiorum il-  
 lud depingeret Sacrificium, expresse ap-  
 posuit labra, ne simplex lector erraret in  
 sensu. Sed & Paulus corpus adnectit, cū  
 dicit de hostia nostri corporis. Similiter  
 cum mentionem faceret auxiliaris illius  
 hostiæ, addidit & se aliquid accepisse à  
 Philippensibus. Interim nos apud scri-  
 pturas permanebimus, nec ab eis latum  
 quidem unguem discedemus. Quòd si  
 quis alius exteriorem, nec minus purio-  
 rem potest ex nouo Testamento proba-  
 re inter Gentes oblationem, quæ Chri-  
 sti nomen confitentur, libenter de meli-  
 oribus consultabimus. Certe, id quod  
 crediderim, haud inanem uel uulgarem  
 oblationem petit tam egregium Pro-  
 phetæ uaticinium.

Hactenus audiuius quicquid no-  
 bis uel lex uel Prophetæ, sancti de hac  
 Eucharistia bona fide tradiderūt. Quòd  
 si quis contra pergat esse contentiosus,  
 is sciat nos talem consuetudinem nō ha-  
 bere, neq; Ecclesiam Dei. Fidelis quisq;  
 a 5 Chri

Christianus in omnibus & ubiq; institutus, nouit audire, nouit tacere, nouit & suo tēpore respondere, nec magnopere curat, ut uincat, hincq; referat aliquam gloriæ palmam ( quod soli Hæretici & Schismatici unice quærunt ) sed magis ut uerbum Iustitiæ perpetuo suâ uictoriam seruet illæsam. Atque ad id negotij mediocri, eoq; simplici indiget sermone, quando quidem cito credunt qui ex ueritate sunt, Contra Schismaticus multis habet opus argumētis, quibus noua dogmata infigat hominum pectoribus. In primis eū oportet esse omnigenæ eruditiōis, deinde ut sciat iactare multa, multa perorare, urbaniter blandiri, crebro consolari, sæpius mentiri, præterea ut omnia ad uoluptatem, omnia loquatur omnibus ad uotum. Verum eiusmodi fucō nos Ecclesiastici nihil indigemus.

Præterea nequaquã ideo debet uel infirma uel leuis nobis uideri huius Eucharistiæ oblatio, quandoquidē non dixerit in sua illa ultima cœna Dominus,  
Ego

Ego offero corpus meum sub specie panis, &c. Vel, hoc debet esse Sacrificium siue oblatio. Equidem si idcirco Eucharistia non erit hostia seu oblatio, nō erit eadē ratione & unicū illud suæ crucis sacrificium, oblatio, quando quidē non dixerit, Hic offero memetipsum patri. Quōd si mihi dixeris: Fortassis dixit & scriptū non est, responderim similiter: Fortassis & illic dixit nec scriptū est. Rursum si dixeris: Omnibus cōstat & ex scripturis liquet, q̄ Christus immolatus sit in cruce, iterū ego quoq̄ responderim: Constat & hoc quidem omnibus, & ex scripturis liquet, q̄ corpus suum in cœna illa uespertina iuxta ordinem Melchisedech, iuxtaq̄ typum Iudaici illius agni paschalis obtulerit sponte. Præterea quādo ad unguem tibi ea adserta & rata cupias (in alijs rebus nihil curans, sed eadem facilitate transfiliens omnia) quæ etiam in his breuibus uerbis non habentur, quomodo scilicet Christus obtulerit, quæro ego uicissim ex te, an etiā hic habeatur

habeatur & illud, quomodo consecras  
 uerit? Si habetur, merito id sequeris,  
 quod Dominum fecisse constat. Sin mi-  
 nus, cur & quomodo tu consecras? Di-  
 cis, Ego non cōsecro quòd Christus se-  
 mel consecrauit. Respondeo, Si tu non  
 cōsecras, quid igitur fiet ex Eucharistia?  
 Alteri quæstioni nostræ qua ex te quæsi-  
 uimus, ubinam haberetur quòd Chris-  
 tus cōsecrauerit, ita te satisfacere putas,  
 Tantum, inquiēs, profero sacra illa uer-  
 ba, & fit statim Sacramentum. Respon-  
 deo, Ubinam locorū habetur quòd ea-  
 dem debeas proferre uerba, ut Sacramē-  
 tum fiat? Cur non fit Sacramentum etiā  
 si sileas, quando quidem Christus semel  
 consecrauit? Aut unum facito, Accipe  
 panem & uinum, atq; crede Dominum  
 ipsum hæc consecrasse, & deinde sub no-  
 mine Sacramenti diuide populo. Verū  
 quis credet hisce tandem subesse Sacra-  
 mentum? Quòd si omnino nihil inter-  
 prætereas, supprime uel semel hæc uer-  
 ba po

ba populo teste . Quòd si ausis facere,  
non dubito quin insignes tumultus ex-  
citaturus sis , & sparsurus per uulgus .  
Proinde tute ipse uides , & si nolis , uide-  
re cogeris , quia in his atq; alijs plurimis  
iudicium Ecclesię oporteat sequi , si for-  
tassis aliquando in simplici scripturæ li-  
tera non satis dilucide fuerint expressa,  
iussio , prohibitio , nomen , consuetudo ,  
uel modus . In descriptione cœnæ Do-  
minicæ , non habetur hæc nomenclatu-  
ra Sacramentum siue Communio , &  
ideo non erit Sacramentum uel Cõmu-  
nio : Eadem ratiõne nec sacer Baptismus  
erit Sacramentum , eo quòd nusquã id  
nominis inter prima suæ institutiõis uer-  
ba habeatur . Simili ratiocinatione nec  
erit Sacra atq; adeo ter adoranda Trini-  
tas , eo q̃ nusquam hæc dictio legatur in  
scripturis , nisi si quis eam hinc commu-  
nisci uelit , quòd Ioannes in sua Catholi-  
ca dicit : Et hñ tres unum sunt . Quò iam  
illud referes , q̃ ferè omnia huius Domi-  
nicę cœnę uerba competunt oblationi :

Quin-



Quinetiam, nec quidem dici possunt sine oblatione. Primum enim ab ipso dño dicta sunt ad conficiendam eam oblationem, deinde suapte natura uelut loquuntur de oblatione, atq; etiã hanc expectant. Si hæc nō uides nec aduertis, cæcior talpa es, & stultior Moricho. Quid em̄ sibi rogo uolunt hæc uerba, seipsum in mortem tradere, & proprium effundere sanguinem? Nonne sacrificij uerba sunt? Si dicas nulla ratione competere Sacramento siue Missæ, respondebo: Tolle igitur è medio ea uerba, aut dimitte ea, & uernacula germanorum lingua Missath legito, aut demum Sacramentum sine horum uerborum accessione conficito.

Latius te de his omnibus conuenio, tu mihi respōdeas uelim. Est ne uerum Christi corpus uerusq; eius sanguis sub specie Sacramentali in altari? Adsenties, si modo Catholicus es. Rursus est ne etiam Christi corpus ac eius sanguis Sacrifcium siue hostia? Hic lupum auribus tenes.

tenes. Verum ego nodum solvam. Si igitur Christi corpus atq; eius sanguis non est hostia, inanis est nostra fides, & hactenus in peccatis nostris manemus. Sin vero eius corpus ac sanguis est hostia, qui heri, hodie est & in secula, quid igitur eum negas in Sacramento? Quid obsecro aliud est Missath siue Sacramentum, nisi corpus & sanguis Christi? Itaq; si hoc eius corpus & sanguis est hostia, necessario sequitur, & Missath siue Sacramentum esse hostiam, nisi mauis oblationem. Quemadmodum igitur Christum nequis separare à Sacramento, ita nec Sacramentum potes disiungere ab hostia. Et quousque Christi corpus nobiscum hic in terris erit (erit autem usque ad consummationem seculi) eousque perseverabit & eius oblatio in terris. Quid est igitur ô Deum immortalium, quod tantopere fastidias hoc Sacrum nomen Missath? Aut quamdiu excarnificas tuis dogmatis frustra credentes?

Sanctus

Sanctus Paulus confert mysterium  
 mensæ Domini cū mensa Dæmoniorū,  
 Item calicis dñi cum calice dæmoniorū.  
 Et quidem quantum hic intelligo, idem  
 est altare atq; mensa. Interea audio quòd  
 & altare domini habeat unde bibatur.  
 Quomodo? Excute Apostoli uerba ad  
 unguem, & eminebit ante oculos ecce  
 quod petis tuos. Altare illud in quo Dæ  
 monijs suis immolabant Gentes, uocat  
 mensam, similiaq; loquitur de eorū ebi  
 bendis calicibus, quasi conuiuij enarret  
 ordinem ac disciplinam, & subinde huic  
 connectit mensam domini ac calicē, ue  
 luti & hæc mensa altarium sit, quemad  
 modum & illud Gentium altare, mensa  
 fuit. Et si hoc certum est, debet proinde  
 & hunc dominicæ mensæ adesse hostia  
 quædam, iuxta quod & in gentilitijs mē  
 sis uaria ponebantur oblationum gene  
 ra. Constat enim ex hoc loco certissime  
 omnibus, quòd mensam domini possue  
 mus uocare altare, quādoquidē Paulus  
 audeat mensam nominare Altare. Deia  
 de &



quaquam tantopere exegisset ipsam institutionem. Hic aduersarij nostri uel unum tantum ex Orthodoxis adducant testem, qui illorū apologos siue glosses mata circa institutionē Christi defenset atq; tueatur. Sanè scita est eorū scilicet institutio, in qua error & leuitas successerunt ueritati. Sed aliàs latius de his sermocinabimur. Porro hoc abunde factis omnibus & certo constat, quòd in ultima illa Christi cœna, paschalis ille noui Testamenti agnus oblatus sit. Quàm igitur obsecro procul distat oblatio Ecclesiæ ab institutione? Optarem ut tu nõ longius abesses à Christo atque eius regno.

Multos male habet & iste quoque scrupulus, quia Epistola quæ scribitur ad Hebræos, nihil aperte meminit de Missa, cum tamen eis ipsa Epistolæ inscriptio omnem posset eximere erroris dubietatem. Qua enim ratione uel debuit uel potuit Apostolus multa de hoc Sacramēto Iudæis scribere, quibus aliàs  
uix

uix unicam illā (difficiliter enim accesserunt Christianismo) crucis hostiam potuit persuadere ad fidem? Liquebat enim quā pertinaciter infederat illorum cordibus pristinum illud sacerdotium, nec potuerat leuiter euelli, unde necessum erat, tanto diligentius infigi illis Christi sacerdotium, eiusq; crucis hostiam, penitusq; ac medullitus illorum animis inferi, quanto tenacius inhærebant ueterum ceremoniarum institutis. Verum post insitam semel fidem & persuasam Christi religiōem, non est dubium quin tum ipsos Hebræos tum alios credentes ad plenum de hoc mysterio instruxerit, id quod uel ex suis discipulis innotescit, qui non pauca ferunt testimonia de tanto Sacramento. Nihil proinde agūt qui ex hoc loco sua moliuntur munire dogmata dicentes: Paulus quidem ad Hebræos de hostia Christi scribit, sed de Missath nihil scribit, ergo Missath non est Sacrificiū siue oblatio. Eadem quippe ratiocinatione posses & ita concludere

re: Dicit Bernardus in suis sententijs loquitur de triplici Sacrificio. Hic nulla fit mentio de Missath. Proinde Missath nō est Sacrificium, quum tamen alibi possit ostendi & Bernardū Missath æstimasse Sacrificium ac credidisse.

Qui fit autem, ut nouus hic mūdus tam furibunde contra hanc sacram oblationem pugnet? Quòd si nec heri nec recens ea nata est, nec pecuniæ causa excogitata, quanto minus est instituta propter impiam abusionem? scilicet, Missath non posse esse Sacrificium illud quod semel dominus in cruce cumulatissime suffixit, de quo nonum ac decimum ad Hebræos capita latissime tractant. Respondeo: Equidem tenemus & nos ea capita, ita sanè, ut nihil sit opus nobis alienis phaleris. Christus semel mortuus est, iam non moritur amplius nec posthac in mortē traditur eius corpus, nec effunditur eius sanguis. Neque enim hic Sacerdos summus rursus intrat in sancta sanctorum cum sanguine.

Et quis

Et quis hæc nō credat? Quis dubitet de  
istis? Sed dicis: Quorsum igitur attinet  
Missæ? Responderim, illud præsentī,  
hoc est, militanti Ecclesiæ esse debere  
quādam repræsentationē & exhibitionē  
unicæ istius hostiæ, per quam Christianus  
subinde populus intra se innouat  
Dominicæ passionis memoriã, eaq; ita  
nostris pectoribus penitus infigatur,  
quo citius agnoscamus redemptionem  
illam semel nobis per Christum factam  
eoq; semper existamus Deo grati, discamusq;  
etiam pro eo similia pati, id est,  
tolerare aduersa & semper in omni mo-  
rum honestate uitæq; innocentia gran-  
descere in salutem. Atq; in hunc modū  
Missæ erit ceu fulgenūssimum quod-  
dam Icon illius in cruce actæ oblatiōis,  
& ueluti splendidissimum speculum do-  
minicæ passionis. Interea illa eadem re-  
præsentatio siue dominicæ commemo-  
rationis Symbolum, nullo alio ordine  
nec forma fieri aptius potest quàm præ-  
scribit Ecclesia, in eo quòd mysticam ille-



lam Melchisedech oblationē offert deo, iuxta formam ac ordinem, quem in sua ultima cœna Christus ipse seruauit, seruariq; præcepit, cum diceret: Hoc facite, Quid facite? Nimirum quod ego facio. Quid aut̄ fecit ipse? Accepit panem in manus suas, gratias agens benedixit, fregit, ac discipulis dedit, &c. Vnde incunctanter hunc modū oportuit sequi Ecclesiā. Ideoq; necesse est ut hoc uerbū Facite, plus ad illos pertineat, qui hoc sacramētum uulgo distribuunt, quā ad eos qui accipiunt. Quidam Ecclesiasticū uocant hoc Missath admodum scite, Oblationem recordatiuam, Vnus etiā ex his Sacramentum rememoratiuum, re ipsa ostēdens quòd propter solam cōmemorationem omnia fiant. Sanguinolenta illa in cruce hostia, tam est insignis tamēq; modis om̄ibus efficax, ut merito ex illa oblatione & Missa (in qua salutare illud nostræ redemptionis opus penitus Christiano populo infigitur atque incorporatur) oblatio dici possit, maxime

me quum propter illam unicam, eamq̄ sanguineam hostiã & sit instituta & seruetur hæctenus. Preter hoc potest & alia ratione sibi oblationis nomen uindicare Missa, idq̄ iure optimo tueri, scilicet, ex laude Dei. Est q̄ppe laus Dei certissimũ Sacrificiũ, iuxta quod Propheta ait: Immola Deo Sacrificiũ laudis, & redde altissimo uota tua, &c. Et alibi: Tibi sacrificabo hostiã laudis & nomen Dñi inuocabo. Vocaturq̄ id genus sacrificij apud Hebræos Zeba thodah, hoc est, Sacrificium laudis, siue hostiæ gratiarũ actiõis. Quid aut iam aliud est Missa q̄ Thodah, hoc est, quædã laus & gratiarum actio in nomine Christi Deo patri oblata: Vnde & Ecclesia hos Psalmos peculiariter adscribit Eucharistiæ, uocatq̄ eã Antonomatie Sacrificium laudis, uti testatur Paulus Burg. Quod plerũq̄ fieri adsolet, cũ rei cuiuspiam aliud apponit nomen, q̄d ita omni ex parte cõueniat, ut nulli alteri possit aptius atq̄ cõcinnius accommodari. Ipsius aut Burg. hæc sunt uerba:

Sí bene, inquit, consideras, hoc Sacrifici-  
 um rationabiliter diuersis nominatur  
 nominibus, secundum diuersas eius ex-  
 cellentes proprietates seu nobilissimos  
 effectus. Quæ quidem nominationes  
 excitatiuæ sunt deuotionis fidelium, un-  
 de hoc Sacramentum Eucharistia uoca-  
 tur, quod idem est quod bona gratia.  
 Nam licet in omnibus Sacramentis Ec-  
 clesie gratia conferatur, attribuitur ta-  
 men huic Sacramento hoc nomen Eu-  
 charistia, Antonomaticè, in quatum cõ-  
 tinet Christum plenum gratia, ex cuius  
 plenitudine omnes gratiam accepimus.  
 Item in quatum est commemoratum  
 dominicæ passionis, quæ fuerat uerum  
 Sacrificium, post quod nullum Sacrifi-  
 cium Deo est acceptum nisi per ipsum,  
 idcirco Sacrificium simpliciter nomina-  
 tur, &c. Quæ iam rogo possit esse digni-  
 or nostro Sacramento nomenclatura,  
 quam laudis Sacrificium? Aut quid ali-  
 ud contra potius debet esse Sacrificium  
 laudis, quam hoc nostrum Sacramen-  
 tum?

tum? Si iam mihi licet Missam laudē & gratiarum actionem uocare, quomodo non item mihi licebit uocare Sacrificiū? Nemo hæc expugnare poterit. Est autē scitu iucundum nec minus salutare, quē admodum ipsa linguarum uarietas sibi consonet in tuenda ueritate. Thodah & Eucharistia nomina diuersa, res eadem. Sed missa est Eucharistia, proinde necesse est ut & Thodah sit, id est, laus siue gratiarum actio. Quòd si iam Thodah est, & Thodah idem sit quòd Sacrificiū coram Deo, erit & Missa Sacrificium siue oblatio, in qua nimirum Christi Ecclesia, Christi corpus ac sanguinem cū solennibus precationibus pariter & hymnis ac gratiarum actionibus exhibet Deo patri, & offert iuxta dominicæ cœnæ typum, ac subinde accipit, māducat & bibit, ceu quadam uicissitudine rursus à Deo benedictum, accipiens & hæc omnia in commemorationem supremæ illius pro nobis oblatae hostiæ, quæ in remissionem peccatorum nostrorum im-

molata est, quæq; ut sic dixerim, quoti-  
die apud patrem renouat memoriã passi-  
onis ac mortis filij sui unigeniti, quo  
hac occasione, imò & merito huius uir-  
tutis nostram imbecillitatem clemēter  
foueat, ac suo numine tueatur, à qua in-  
quam, imbecillitate nemo, dum uita ma-  
net, liber existit.

Porro quicquid iã dicant patres ipsi  
ueteres de hoc cōmemoratiōis siue gra-  
tiarumactionis Sacrificio (quando qui-  
dem id hæctenus Ecclesia utrinq; in suis  
precationibus ac canticis spiritualibus  
laudis uel gratiarumactionis Sacrificiū  
uocat) uolumus & horum dictis patrū  
stare, & libenter eorum iudicio subscri-  
bere, utcūq; alea ueritatis ceciderit. Et si  
ij ipsi Ecclesiastici atq; Orthodoxi pa-  
tres dixerint hanc dominicā cœnam, si-  
ue istud Sacramentum, non esse Sacrifi-  
cium, nec mihi erit, quin & libenter pa-  
linodiam cantillabo & hisce nostris scri-  
ptis renunciabo. Contrà, si dixerint esse  
Sacrificium, erit & mihi, non quidē pro-  
pter

pter illorū decreta, uerum multo magis  
idcirco, quia huc nos ducat ipsa scri-  
ptura. Hanc æquam conditionem puto  
non recusabis, nisi prorsus mēte captus  
sis & rationis expers.

Si igitur hic tibi adduxerim Thomā  
Aquin. Innocētium, Lyranum, &c. qui  
etiā nū ueteres Ecclesiæ doctores cre-  
di possunt, statim obliquabis faciem, la-  
bra obuolues, & dices, hos oēs esse Pa-  
pistas. Deinde si citauero Grego. Bedā,  
Isidorum, &c. qui hos sua antiquitate  
uincunt, mox censoriam uirgulā exacu-  
es, & dices esse Sophistas. Præterea si  
obiecero tibi Amb. Hieron. Aug. &c.  
contemnes & hos, ac dices esse Psychi-  
cos, utpote qui careant neruo & spiritu  
scripturæ. Tamen si hi oēs nequaquā nos  
(propter tuum præposterū iudiciū) unā  
cū suis testimonijs præteribūt. Postremo  
qd facies, qd cōtra dicturū es, si tibi sum-  
mos illos nostrę fide antistites, utiq; pri-  
mitias spūs adduxero, q̄ certe Christo si-  
etatis tēpus supputes nō potuerūt p̄pius  
accedere

accedere, nisi uelis eos recipere in nume-  
 rum Apostolorum: Et tamen (est ne de-  
 ploranda res & execrabile malum) etiã  
 hic nonnulli controuersias quarunt, ac  
 omnem mouent lapidẽ, quo opprimãt  
 ueritatem & certa reuocent sub dubia.  
 Qua autem ratioẽ hosce poterimus se-  
 dare uiligatores, aut quo pacto eiusce  
 modi Aretagolis silẽtium imponemus:  
 Siquidem, quia eos male habet in Apo-  
 stolicis uiris, hoc nomẽ Sacrificium, eo  
 quod ingens exitium pariat illorum no-  
 uitati, ecce prompti adsunt tergiuersato-  
 res & in diuersam partem atque sensum  
 id nominis detorquent ac exponũt, qui  
 bus nos tamẽ hæctenus ceu sacrae ancho-  
 ræ inuiolabiliter adheremus. Ex quibus  
 occurrit primus nobis testis Diuus ille  
 Ignatius Ioannis Apostoli discipulus,  
 Smyrnensibus ita scribens: Oẽs Episco-  
 pum sequimini sicut Christus Iesus pa-  
 trem, presbyteros sicut Apostolos, Dia-  
 conos autem ueneramini sicut Dei man-  
 dato ministrantes. Nemo præter Episco-  
 pum

pum aliquid agat eorum quæ ad Eccle-  
siam pertinent, firma Eucharistia repute-  
tur, quæ ab Episcopo concessa fuerit,  
ubi Episcopus præsens fuerit, illuc &  
plebs congregetur, sicuti & ubi Chri-  
stus est, omnis cœlestis militia adest tan-  
quam Principi mihi uirtutis Domini,  
& ipse est dispensator totius intelligibi-  
lis naturæ, propterea non licet sine Epi-  
scopo neq; offerre, neq; Sacrificium im-  
molare, neq; Missas celebrare. Sic san-  
ctus quoq; Clemens Apostoli Petri disci-  
pulus dicit nō debere alijs locis quam  
deceat offerri sacram Eucharistiam, Ta-  
meti ea uerba in exemplari recens iam  
typis excuso intermissa sunt. Quod si  
hoc data opera fecit Ioannes ille Sicha-  
rus, mirari non desino, quid in mentem  
uenerit homini tam insigniter docto,  
quādo restituit Recognitionum libros.  
Post hos & Sanctus Dionysius Apo-  
stoli Paulus discipulus aperte uocat Eu-  
charistiam Sacrificium, nec id quidē se-  
mel. Tu tantum per omnia sacra mihi di-  
cas,



cas, an' ne tibi hi uiri Apostolici sufficerent etiamnum si uel nec unum uerbū faceret scriptura de hac oblatione? Vel putas q' hī (imō & plures alij istis non dissimiles & ex multa lectione apprime nobis noti) ex sese comminiscātur omnia, & non potius loquātur ex ore Apostolorum, qui eis semper fuerunt à concionibus sacris? Si pauca Apostoli de istoc cōmemorationis sacrificio scripserunt, (fortassis & id nō sine causa) plura tamē ore tenus contulerunt in præsentia horū discipulorū, atque adeo uniuersi populi Christiani. Quid igitur usq; adeo interest, siue Apostoli ipsi suis manibus ea conscripserint, siue eorū discipuli, iuxta qd ab eis acceperūt, posteritati consecrarent? Aut quis tā audax, tamq; perfricta erit frontis, ut dicat, tales ac tātos Dei ministros esse mētitos, errasse, & Christianum uulgus seduxisse? Quod si saltem unus ex hisce Ecclesiæ Patribus hanc opinionem suis scriptis adsereret, libere fortasse possis cogitare hominē suo prope inge-

ingenio fuisse deceptū: Nūc autē oēs atq̃  
uniuersi eadē scribunt, eadē pariter sen-  
tiunt, ut cōsectaneum sit eo tempore cō-  
munē hanc fuisse Apostolorū doctrinā  
quę ita cōmuni omniū consensu proba-  
batur atq̃ differebatur in publica Eccle-  
się frequētia. Quod autē Apostolicis tra-  
ditōibus credendū atq̃ adhærendū sit,  
cōfirmat atq̃ persuadet nobis D. Irenæ.  
lib. 3. ca. 4. in hūc scribens modū: Quid  
autē, ait, si neq̃ Apostoli quidē scripturas  
reliquissent nobis, nonne oportebat or-  
dinē sequi traditiōis, quā tradiderūt his  
q̃bus cōmittēbāt Ecclesias, cui ordinati-  
oni assentiunt multæ Gētes Barbarorū,  
eorū qui in Christum credunt, sine cara-  
ctere uel atramento? Paulus ille Apost.  
Corin. suis scribens, Cætera autē, inquit,  
cū uenero disponā. Quid autē disposuit,  
aut quē ordinē præscripsit, cū uenit Co-  
rinthū? Vbi legis quid' nā ordinari? Et  
tū oportuit eum aliquid oretenus ordi-  
nasse. Iā tu mihi dicas uelim, an etiā hoc  
eos seruare oportuit, q̃nquidē scriptū  
non

non erat: Est'ne Pauli lingua a deo fide  
 digna atq; certa, atq; eius penna? Atqui  
 hec dixit apposite, cum de hoc Sacramē  
 to scriberet, ad euidentiore[m] testificatio  
 nem, quòd non omnia ad amussim de  
 hoc Sacramēto scripserit Paulus. Quin  
 etiam, haud multo interiecto tempore,  
 post hosce Apostolicos uiros simili sub  
 nomenclatura hoc Sacrificium colue  
 runt atque nuncuparunt & alij, Sanctus  
 nimirum Anacletus in sua Epistola scri  
 bēs Ecclesijs. Vbi certe, quantū mihi ui  
 deor uideri, repetit Sichardus, quod in  
 suo Clemente præterierat incautus. Sic  
 habet post hūc & Sanctus Alexander in  
 altera sua Epistola. Post hos atq; horum  
 similes, etiam sic seruauit & uocauit Di  
 uis Irenæus libro 4. cap. 32. Huic statim  
 succedit & Tertullianus in lib. de exhor  
 tatione castitatis, Sacerdos, inquit,  
 Offert & Tingit, &c. Et alibi: Oblatiōes  
 pro defunctis, pro natalitijs, annua die  
 facimus. Tertullianum secutus est Ori  
 genes, & ipse multa scribens & passim  
 quidem

quidem de Ecclesiastica oblatione. Verum quandoquidem omnia recitare longum fuerit, sufficiant pauca de pluribus, ne desit omnino lectori exemplum testimonij. Ait itaque super illud uerbum Levitici 16. Et dixit dominus ad Moysen: Loquere ad Aaron fratrem tuum ut non intret omni hora in sancta interiora, &c. Omnes nos iste sermo constringit, ad omnes pertinet quod hic loquitur lex, praecepit enim ut sciamus quomodo accedere debeamus ad altare Dei. Altare enim est super quod orationes nostras offerimus Deo, ut sciamus quomodo debeamus offerre, scilicet, ut deponamus uestimenta sordida, quae est carnis immunditia, morum uitia, inquinamenta libidinum. Atque adeo eadem opera subinde deprehendit uaria illa Sacrificiorum genera, quae non iam tantum à Sacerdotibus, uerum etiam oportet ab ipso uulgo praestari. Aut ignoras tibi quoque, id est, omni quoque Ecclesiae Dei & credentium populo Sacerdotium datum?

Audi quomodo Petrus dicit de fidelibus: Genus, inquit, electum, regale Sacerdotium, &c. Habes ergo Sacerdotium, quia Gens Sacerdotalis es & ideo offerre debes Deo hostiam laudis, hostiam orationum, hostiam misericordiae, hostiam pudicitiae, hostiam iustitiae, hostiam sanctitatis. Interim de mystica illa oblatione, hoc est, altaris Sacramento, alibi crassius loquens dicit: Hanc pietatis ac religiositatis formam nobis omnibus demonstrans Iob, surgebat mane & mundabat eos, offerens pro eis hostiam secundum numerum illorum. Primo mundabat, purificabat, sanctificabat, & ita demum pro eis hostiam offerebat, ut cunctis in perpetuum ostenderet, quia mundos & castos atque sanctos conderent sacrificia, ut sancte atque digne immolata, sancte atque digne a sanctis accipiantur. Sic namque & Apost. post haec dicit, Probet seipsum homo, hoc est, mundet semetipsum, & ita de sanctissimis domini Sacrificiis fruatur. Post Origenem accedit S. Cyprianus

nus & ipse hanc oblatiōem credens, & seruandam docens, multisq; in locis de ea scribens maxime in Epistola ad Ceci liū, in qua luce clarius habes de oblatiōe panis & uini, hoc est, corporis atque sanguinis Christi, & id quidem ibidē sapius, Nam dicit lib. 2. Epist. 3. Apparet sanguinem Christi non offerri, si desit uinum calici, nec Sacrificium dominicū legitima sanctificatiōe celebrari, nisi oblatio & sacrificium nostrū responderit passioni. Item ad Quirinum li. 1. con. lu. cap. 16. testatur & illud Malachia, In omni loco odoris incensū offerent nomi ni meo, & Sacrificiū purum, debere intelli gi de noui Testa. Sacrificio. Et rursum ad eundē: Quod sapientia dei Chri stus, & de Sacramento incarnatiōis eius & passionis & calicis & altaris et Apo stolorum qui missi prædicauerūt, apud Solomonem in Prouerbij: Sapientia ædificauit sibi domum, macrauit suam hostiam, miscuit in cratera uinum suum, & parauit mensam suam. &c.

Sic idem alibi uocat hoc Sacramentum  
 non solum Medicamentum, uerum etiã  
 holocaustum. Et subdit ibidem: Perpes  
 est hoc Sacrificiũ & semper permanens  
 holocaustum, &c. Et alio loco quodam  
 dicit: Nos quotidie offerimus Deo Sa  
 crificium. Proinde post Cyprianum cõ  
 fitetur & sanctus Chrysostomus atq; de  
 scribit hoc Sacrificium ad Heb. cap. 9.  
 Homil. 17. dicens: Nonne per singulos  
 dies offerimus? Offerimus quidem, sed  
 ad recordationem faciẽtes mortis eius.  
 Et una est hostia, nõ multæ. Et post pau  
 ca: Hoc autem Sacrificium exemplar est  
 illius, id ipsum semper offerimus. Nec  
 nunc quidem alium agnum, crastina ali  
 um, sed semper id ipsum, proinde unum  
 est hoc Sacrificiũ, alioquin hac ratione,  
 quoniam in multis locis offertur, multi  
 Christi sunt? Nequaquam, sed unus ubi  
 que est Christus, & hic plenus existens  
 & illic plenus unum corpus. Sicut enim  
 qui ubiq; offertur unum corpus est, &  
 non multa corpora, ita etiam & unum  
 Sacrificiũ

Sacrificium. Pontifex autem noster ille est, qui hostiam mundam mundantem nos obtulit, ipsam offerimus & nunc, quæ tunc oblata quidem, consumi non potest. Hoc autem quod nos facimus, in commemorationem quidem fit eius quod factum est. Hoc enim facite, inquit, in meam commemorationem, non aliud Sacrificium, sicut Pontifex, sed id ipsum semper facimus, magis autem recordationem Sacrificij operamur. Sic quoque apud Timotheum Epistola 2. Reuerere, inquit, illum (scilicet Sacerdotem) quod tibi diebus singulis diuina ministrat, scripturas relegi facit, tui gratia exornat domum, propter te uigilat, propter te uota persoluit, pro te Deum precaturus adstat, tui causa preces exoluit, pro te apud illum religio, cultusq; & obsequium est, pro te ista omnia. Itaque sacra ipsa oblatio siue illam Petrus, siue illam Paulus siue cuiusuis meriti Sacerdos offerat, eadem est, quam dedit Christus ipse discipulis, quamq; Sacerdotes



modo quoque conficiunt. Nihil habet ista quam illa minus. Cur id? Quia non hanc sanctificant homines, sed Christus qui illam ante sacrauerat. Quemadmodum enim uerba quæ locutus est Christus, eadē sunt quæ Sacerdotes nūc quoque pronunciant, ita & oblatio eadem est, eadēque baptismi ratio est, adeo omnia in fide consistunt. Atque apud eundē in suis Dialogis Basiliius disputans, Sacerdotij, inquit, de quo loquimur aspice dignitatem: Agitur quidē in terra, sed officium eius cœlestibus negotijs continetur. Equidem consequenter, non enim homo, non Angelus, nō Archangelus, non aliqua alia creatura, non uirtus, sed ipse Spiritus sanctus hoc munus instituit, atque adhuc manentes in carne, ministerio præstitit Angelorum fungi, &c. Post hac idem Basiliius: O miraculum, o Dei in nos beneuolētia, qui sursum sedet ad dextrā patris, sacrificij tū tempore hominum manibus cōtinetur traditurque labere cupientibus eū & cū ueneratione cōplecti,

ſit, ſitq; hoc totū ſub oculis humanis. Et  
 idē denuo ſuper Mat. Hom. 83. Sicut in  
 ueteri, inquit, eodē hic modo in benefi-  
 cio reliquit, memoriam myſteriorū colli-  
 gendo, & hinc Hæreticorum ora frenā-  
 do. Nā quando dicunt, Vnde patet im-  
 molatū Chriſtū fuiſſe, & alia multa my-  
 ſteria, hoc em̄ adferentes, ora ipſorū ob-  
 ſtruimus. Si em̄ mortuus Ieſus non eſt,  
 cuius ſymbolum ac ſignū hoc Sacrificiū  
 eſt? Vides quantū eius ſtudiū fuerit,  
 ut ſemper memoria teneamus pro no-  
 bis ipſum mortuū fuiſſe. Eſt aut̄ certissi-  
 mum hic Chryſo. loqui de Euchariftia.  
 Verum & ante Chryſoſt. atq; Baſilium  
 ita etiam nū ſenſit Greg. Emiſſenus Epi-  
 ſcopus, eo tēpore quo Conſtantini Ma-  
 gni opera dilatabatur Eccleſia, dicēs, q̄  
 corpori ac ſanguini Chriſti quotidie ſer-  
 uiat in myſterio, quū tamen ſemel ob-  
 latus ſit in redemptionem. Poſt hunc &  
 D. Amb. confitetur Sacrificiū, confiten-  
 dū euidēter edocet multis in locis. Sub  
 eo tēpore idē ſenſit & D. Hiero. Sic q̄q;

dius Aurelius Augustinus aperte scri-  
 psit & sensit, maxime in libris de Ciuit.  
 Dei lib. 17. cap. 5. Nam inquit, Hæc fue-  
 rant Sacrificia ludæorum, ideo hic dicit  
 manducare panē quod est in nouo Tes-  
 tamento sacrificium Christianorū. Et  
 paulo supra eodem in capite: Nullus Sa-  
 cerdos est secundum ordinem Aaron.  
 Et quicumque ex eius genere est homo,  
 cum uidet Sacrificium Christianorum  
 toto orbe pollere, sibi autē honorem il-  
 lum magnum esse subtractum, deficiūt  
 oculi eius, & defluit anima eius tæbe mor-  
 roris. Rursus lib. 22. cap. 10. multa salu-  
 berrima & splendidissima recitat uerba  
 de huius Sacramenti sacrificio, Deniq̄  
 ait: Nos martyribus nostris non templa  
 sicut Dijs, sed memorias sicut hominib;  
 bus mortuis, quorum apud Deum ui-  
 uunt spiritus, fabricamus, nec ibi erigim;  
 mus altaria in quibus sacrificemus mar-  
 tyribus, sed uni Deo & martyrum &  
 nostro Sacrificiū immolamus, ad quod  
 Sacrificium sicut homines Dei qui mū-  
 dum

dum in eius confessione uicerūt, suo lo-  
 co & ordine nominantur, non tamen à  
 Sacerdote, q̄ sacrificat inuocantur. Deo  
 quippe non eis sacrificat, quāuis in me-  
 moria sacrificet eorum, quia Dei Sacer-  
 dos est, non illorum, Ipsum uero Sacrifi-  
 cium corpus est Christi, quod nō offer-  
 tur ipsis, quia hoc sunt & ipsi. Et rursus,  
 Nec tamen nos, inquit, eisdem martyri-  
 bus, templa, sacerdotia sacra & Sacrifi-  
 tia constituimus, quoniam non ipsi, sed  
 Deus eorum, nobis est Deus. Honora-  
 mus sanè memorias eorum tanq̄ sancto-  
 rum hominum Dei, qui usq̄ ad mortē  
 suorum corporum pro ueritate certa-  
 uit, ut innotesceret uera religio, falsis re-  
 ligionibus uictis atq̄ conuictis, quid eti-  
 am si qui antea sentiebant, timendo re-  
 primebant. Quis autem audiuit aliquan-  
 do fidelium stantem Sacerdotem ad al-  
 tare etiam super sanctum corpus marty-  
 ris ad Dei honorem cultumq̄ constru-  
 ctum, dicere in precibus, Offero tibi Pe-  
 tre sacrificium uel Paule uel Cypriane,

cum apud eorum memorias offeratur Deo, qui eos & homines & martyres fecit, & sanctis suis Angelis cœlesti honore sociauit, ut ea celebritate & Deo uero de illorum uictorijs gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum atq; palmarum eodem inuocato in auxilium & ex eorum memoriæ renouatione adhortemur? Non igitur ista esse Sacrificia martyrum nouit, qui nouit unum quod Deo illic offertur Sacrificiū Christianorum. Ac iterum lib. 22. ca. 8. Vir, inquit, Tribunitius Hesperius, qui apud nos est, habet in territorio Fussalē si fundum Subedi appellatum, ubi cum afflictione animalium & seruorum suorum domum suam spirituū malignorum uim noxiā perpeti comperisset, rogauit nostros me absente presbyteros ut aliquis eorum illò pergeret, cuius orationibus cederēt. Perrexit unus, obtulit ibi Sacrificium corporis Christi, orans quantum potuit, ut cessaret illa uexatio, deoq; protinus miserante cessauit. Idem lib. 17.

cap. 20. aperte mensam diuinam uocat  
 Sacrificium, citās illud Ecclesiastes: Nō  
 est bonum hominī nisi quod manduca-  
 bit & bibet. Quid, inquit, credibilis di-  
 cere intelligitur quā quod ad partici-  
 pationem mensæ huius pertinet, quam  
 & Sacerdos ipse mediator Testamenti  
 noui exhibet secundum ordinem Mel-  
 chisedech de corpore & sanguine suo?  
 Id enim Sacrificium successit omnibus  
 illis sacrificijs ueteris Testamenti, quæ  
 immolabantur in umbra futuri, pro-  
 pter quod etiam uocem illam in Psalm.  
 3. & 9. eiusdem mediatoris per Prophe-  
 tiam loquētis agnoscimus: Sacrificium  
 & oblationē noluisti, corpus autē perfe-  
 cisti mihi, quia pro illis omnibus sacrifi-  
 cijs & oblatiōibus corpus eius offertur  
 & participantibus ministratur. Sic & 10.  
 li. dicit c. 6. & 10. Hoc est sacrificiū Chri-  
 stianorū, multi unum corpus sumus in  
 Christo, quod etiam Sacramento alta-  
 ris fidelibus noto frequentat Ecclesia.  
 Vbi ei demonstratur, q̄ in ea oblatione  
 quam

quam offert ipsa efficiatur. Et ibidem:  
 Unde uerus ille mediator in quantum  
 formam serui accipiens, mediator effe-  
 ctus est Dei & hominum, homo Chris-  
 tus Iesus, cum in forma Dei Sacrificiū  
 tantum pane sumat, cum quo & unus  
 est Deus, tamen in forma serui Sacrifici-  
 um maluit esse quā sumere, ne uel hac  
 occasiōe quisquam existimaret cuiuslibet  
 sacrificandum esse creaturæ. Per hæc &  
 Sacerdos est ipse offerens, ipse & obla-  
 tio. Cui rei Sacramētum quotidianum  
 esse uoluit Ecclesiæ Sacrificium, cū ipse  
 us corporis ipse sit caput, & ipsius capi-  
 tis ipsa sit corpus, tam ipsum per ipsum,  
 quā ipse per ipsum suetus offerri, &c.  
 Dedit non leuē de nostro Sacrificio scri-  
 bendi occasionem Augustino insulsus  
 ille Porphyrius, perpetuo illud oppu-  
 gnans ac Gentilitijs Sacrificijs propheta-  
 nans. Deniq; post hos omnes meminit  
 & Theophylactus super Timotheum,  
 huius Eucharistiæ consecrationis. Præ-  
 terea & Gennadius de dogmatibus Eccle-  
 siasticis

siasticis 75. c. definit atq; describit huius  
Eucharistię oblationē. Postremo Fulgē  
tius ille Apher proprium libellū cōscri  
psit, de Ecclesiastico Sacrificio. Quid  
multis moror? Quo semel complectar  
omnia paucis, sic omnes Ecclesię do  
ctores in hęc usq; tempora & credide  
runt & uocarunt, ex quibus nonnulli fi  
guratiuā oblationem nuncuparunt Sa  
cramentum, alij imaginarium passionis  
actum, quidam etiam Victimam mor  
tis repræsentatricem, cæteri quandam  
passionis imaginationē. Rursus alij ima  
ginariam passionem. Posset quis & ex  
Augustino uocare Sacramentum sacri  
fici. Ex hisce omnibus abunde intelli  
gatur, quid sit Missa, etiam si nihil hactē  
nus esset de ea disertum, Quemadmo  
dum ex alterius cuiusdā uiri patet autho  
ritate, qui ait: Istuc anniuersariū passiōis  
Christi suam ipsius designat passiōem.  
Et rursus: Quoties Christi passionem in  
missa commemoramus, toties testamur  
quod pro nobis mortuus sit innocens  
& id



& id quidē sponte ac ultro. Quotiescūque autem doctorem aliquem citavi, non significo tantum illius personam aut testimoniū, sed totius Christiani populi consensum quoque & fidē, qui tunc temporis uel in sua cuiusque Diocesi hęc omnia cum suis doctoribus atque pastoribus unanimiter crediderunt atque seruauerunt. Veluti ( cōferam enim exemplū similius ) cum dico, sic scribit Cyprianus, intelligo statim uniuersam Africanam Ecclesiam, cuius uice fungitur Cyprianus, proque eius partibus stat, loquitur & testificatur, quod ita crediderit, & in usu seruarit.

Porro si quis ex me quærat Græcorum liturgiam siue Missam, is scire debet eos non secus atque nos in hodiernū usque diē credere atque seruare. Indicat hoc eorum Canon in quo expresse habetur quēadmodum Sacrificium illud, quod ἀχραντον uocant, hoc est, Immaculatam oblationem, obseruent, quo illam Malachia Prophetiā compleant. Quod si se-

cūs

cus haberent horū instituta, posset quis  
 merito suspicari nos Latinos fortassis er  
 rare, quando quidem nostra secula plus  
 tribuant Græcæ linguę q̄ Romana. Ec  
 quid sentis de Græcis ipsis? Nunquid &  
 illorum Missah est abominatio, idolo  
 latría, Diaboli seruitus, peius facimus q̄  
 decē homicidia fecisse, & turpius, quàm  
 decem uirgines uiolasse, ac id genus re  
 liqua sannarum & inuidentiæ nomina?  
 Parum tibi etiã hæc satisfaciunt: aut nec  
 dum hisce contentus es? Quid sentis de  
 Ioanne Huf, & Hieronymo Pragensi?  
 Dubio procul plurimum. Attamen &  
 hi unã cum uniuersa Boemica factione  
 sacrificarunt, uti adhuc liquet, & ex illo  
 sacrificij Missah duas sibi species com  
 munionis finxerunt. Hic respondebis,  
 uiros alioqui bonos non satis intellexis  
 se huius rei ueritatem. Quod si adhuc  
 inter uiuos agerent & nostros audirent  
 Euāgelistas, mox ad frugem meliorem  
 peruerterentur, hem lapsus sum, con  
 uerterentur dixissem. Sed ego contra  
 respon

respondeo, Haud crediderim Ioannem  
 Hussitam unquam subscripturum uest-  
 stræ sententiæ in ea tantum parte, eo q̄  
 tam pertinaciter ex patrū pendebat pla-  
 citis & scriptis. Nam qui ex uestro albo  
 esse uult, prius oportet diuortium faciat  
 à patribus. Vix autem unquam aliquis  
 tam pessimus repertus est, ut hoc facere  
 ausit. Vuiclephus multa moliebatur, &  
 tamen egre recessit à patribus, quin poti-  
 us plurimi eos æstimabat, id quod tu ne-  
 quaquam facis, ut cuncti tibi charus sit cū  
 suo Ioanne Hussi ipse Vuiclephus. Li-  
 bens hic prætereo quicq̄ Rabbi Ioha:  
 & Pinhas adferunt dicentes, quòd tem-  
 pore Messiaë omnis exterior oblatio  
 cessura sit, excepto Sacrificio panis ac  
 uini. En oportet idē nobiscum & ipsos  
 Iudæos confiteri, nostros, inquam, ho-  
 stes, & id quidem coactos, sicut & Pila-  
 tum oportebat Christi testari innocenti-  
 am, ob gloriam & ueritatis decus. Simi-  
 liter præterimus quicquid Paulus Buro-  
 gensis ex Chaldaico Psalterio de Sacero-  
 dorum

dotum Antistitibus adfert. Postremo  
piget meminisse Missæ sancti Andreae  
in Achaia, Martini in Gallia, & Lauren-  
tij in Italia, &c. De quibus alij abūde sa-  
tis scripserunt, quos ipse per te legere po-  
teris.

## A N N O T A T I O N E S .

Impij Aristarchi. Id nominis competit in iudi-  
cem seuerum ac incorruptū, ab illius uiri moribus  
& grauitate. Verū ea laus hic tollitur, dū additur  
haud suaue epitheton Impij, ut intelligas contenti-  
osos illos Hæreticos, seueros quidem esse alienæ cō-  
scientiæ examinatores, & tamen impios, dum non  
ex ueritate, sed ex odio, aliena damnant scripta.

Censoria no. uirg. ) Nota est Censorum olim a-  
pud Romanos potestas, utpote quos penes erat tū-  
m aliarum rerum aestimatio. Hinc censo-  
ria notare uirgula, est alicuius scripta seuerè & te-  
trice examinare, castigare, ac uerū, quod dici solet  
cōfodere, deniq; indigna cēsere catalogo doctorū.

Sedentis quod aiunt ius. ) Sedere iudicis est &  
dictantis sententiam. Vnde sedētis ius sibi uendicat  
qui in aliena scripta sententiam pronunciat.

Ilia Codro. ) Hemistichium Virgilianum est ex  
d Ecloga

Ecloga 7. quo solemus uti, quum significamus nos aliquid facturos etiam invito & nolente altero.

Partiales Iudices & eius. fa. censors. ) Partiales dicuntur iudices, qui in alterā partem nimium proclives, potius favori q̄ ueritati deferunt sententiā. Quòd autem additur, eiusdem farine censors, sententię confirmatio est, ut intelligas eosdem esse hereticos quos habet & iudices atq; examinatores.

Consp. uen. & mo. Minos. ) Sic uocat hereticos, qui ita agmine facto indurauerūt cervices suas aduersus ueritatē, ut nolint uel audire de melioribus. Vnde & seueros sese exhibent Minos, id est, iudices Ecclesiasticorū dogmatū, ut quę ratione nequeunt conuellere, saltē ferocitate & molesta detractione obtundant. Equidē Minos filius Iouis, & Europe, Rex Cretensium, à Poetis fingitur iudex apud inferos, sicut & frater eius Rhadamātus.

Antelucanis expergisci. ) Imitatus est Prouerbi alē uulgi sermonē, quo dicitur, **Es müst einer frū auff stan / der einē iglichē zu dienst wolt sein.** Antelucanū est idē quod est añ lucē, ab anteluco siue antelucor. i. ante lucē uigilo. Cic. M. Catoni: Et antelucano tempore usq; ad horam diei decimam magna multitudine hostium occisa.

Acu. Symplegad. ) Sym. sunt duo scopuli in mari quod dicitur Hellepontus, inter quos est difficilis et peris

periculosa nauigatio. Vocantur autē & Syndromades. i. concurrentes, quia eminus uidentur cōcurrere. Sed & Cyaneæ à plerisq; appellātur. Ab horum autē similitudine Viicelius capit imitationis exemplū, spondens nauatarū more, tanto cautiorem se futurū, quanto magis urget pugna aduersariorū. Atque felix quem facit aliena nequitia cautum.

A con. Malea.) Rursus à rerū similitudine deducit sententiæ ueritatem. Malea enim Promontoriū Græciæ est, in Laconia, ubi unda seuissima est, & periculosa nauigatio. Sic autē dictum à Malco rege Argi, qui super hoc fecit Apollinis tēplū, quod Maleoticū dicitur. Indicat itaq; Vui. se nauatarū more facere, ut quæadmodū illi trāsita Malea suū celeuma cantāt, & nullus iā relinquitur cōfragosorū locorū motus, ita se quoq; cū eruditioe tū cōscientiæ piritate fretū nō admodū extimescere hæreticorū in gruētes turbines, quos facile ubi libitū fuerit uel sine labore sit extenuaturus ac in ignoratiæ terras longe post se relegaturus.

Oniæ.) Onias iste cui9 hic Vui. meminit, fuit, auctore Iosepho, Simonis illius Macchabei filius, & Oniæ principis sacerdotū fratruelis, cuius toties mentionē facit x. li. Mac. Hūc autē Oniā, scilicet principē Sacerdotū cum Antiochus & princeps militiæ eius Lysias pōtificatu deposuissent ac tādē peremissent

in Berœa, ipse iunior Onias ex Hierosolymis fugiens Alexandriam uenit, amicitiam faciens cum Ptolomæo Philometore rege Aegypti à quo & humanissime exceptus est. Videns autē ( Antiocho adsidue cum Iudæis conflictante ) Iudæam à regibus Macedonum mala pati, uolensq; memoriam et gloriã eternam sui relinquere, petijt à Ptolomæo rege & Cleopatra regina licentiam quatenus templum ædificaret in Aegypto simile Hierosolymorū constitueretq; Leuitas uel Sacerdotes de suo genere. Confidēs enim in Prophetia Esaiæ ( qui ante sexcentos annos prædixerat, quòd oporteret in Aegypto construi templum maximo Deo per uirum Iudæum ) erroris sibi sumpsit ansam. Nam & hoc indicat eius epistola Regi missa apud Iosephum lib. Antiquit. 13. cap. 3. Hæc nos passim decerpimus ex Iosepho, eo quòd ipse secum in plerisq; locis disseat, maxime in ordine Genealogiæ. Nam lib. Antiquit. 13. cap. 3. uocat hunc Oniam, Oniæ principis Sacerdotum filium, contra lib. Antiquit. 20. cap. 9. Fratrualem Oniæ, & lib. 7. de Iudaico bello cap. 2. adserit eum filium Simonis. Malum autem quòd ei ex hac temeritate accidit illud imprimis arbitror, quòd & peccati reus, & legis trāsgressor factus sit. Nam contra præceptum fecisse cōuincitur, quòd cautum erat, non ædificandum altare per omnes orbis, sed

bes, sed in loco quem elegerit dominus. Quamquam  
 & ipsum templum non diu perstitit in sua gloria.  
 Nam post Iudaicum bellum tumultuantibus in Ale  
 xandria Iudæis, Lupus Alexandriae rector, Cæsaris  
 iussu templum adiit, nonnullisq; ablatis donarijs tē  
 plum claudit. Mortuo autem Lupo, Paulinus qui  
 eius potestati successit, neq; donariorum quicquam  
 reliquit (uehementer enim Sacerdotibus intermina  
 tus est, nisi omnia protulissent) neq; religionis cau  
 sa ad templum accedere cupientes admisit, sed clau  
 sis foribus, ita prorsus inaccessum fecit, ut ne uesti  
 gium quidem diuini cultus in eo loco resideret. Cu  
 pit igitur Vnicelius ut & similiter contingat Ec  
 clesiastici sacramenti subuersori, quo & peccati re  
 us teneatur, & peruersi instituti crudele sentiat  
 exitium.

Nō uocet Presbyterium, sed Hierosynā. ) πρεσ  
 βύτερος, id est, senior, honoratior. Vnde πρεσβυ  
 τερῶν, id est, seniorum congregatio & interdum  
 ipse Sacerdotij ordo, ἱερωσύνη autem peculiariter  
 sacerdotium designat, & interdum Sacrificium.

Hieromnemes. ἱερομνήμονες dicuntur Sac  
 erifici, qui sacris consecrati & à consilijs sunt po  
 pulo. Dicebantur autē sic olim qui ex urbibus Græ  
 cie ad commune consilium Amphitronicum mitte  
 bantur augures, quos hic (ni fallor) Vnicelius uo  
 cat Atz



cat Atticum Magistratum. Quanquam erat & alius Athenis Magistratus ἱεροποιός dictus quasi Sacrificulus, qui sacra faciebant Eumini dibus presidiis Areopagi. Atqui merito ea nomina in sacerdotibus cōpetunt, quorū officium est & ministrare sacris & consulere populo in his quæ ad Deum pertinent.

Analogice.) Id est, proportionabiliter siue conuenienter ἀπὸ τῆς ἀναλογίας, quæ est similitudo siue declinatio, ut inquit Gellius, cuius uis est, ut ad aliquid simile de quo non queritur referat, ueluti hic fit, ubi auxiliare hostiam, manuale uocat, eo quod soleat uel distribui, uel excipi manibus dātū aut accipientiū. Erasmus in Epistola Pauli ad Romanos annotat ἀναλογίαν esse cōgruentiā rei ad aliquid relatæ, uel uti cum dicimus, Cicada magnas habet alas proportionem corporis. Nam parue sunt alæ, si ad alas conferantur papilionum.

Pani imm. canes.) πᾶν πᾶνδὲς tertie decl. Deus pastorū. Hic Demogorgonis filius creditur fuisse, qui fistulā cōposuit septē imparibus calamis simul coniūctis propter harmoniā cœli. Hūc Arcades colunt canibus, cum uniuersæ materiæ dominum appellantes.

Ne my.) Hoc est, prorsus obmutescā. Solet enim hoc dici in eos, qui mutire non audent, deductum à  
muto=

mutorum moribus, qui nihil aliud quam my sonant.

Fenest. aperit & stern. uia.) Pro eo quod est occasione dare, & ad rem aliquam peragenda instigare. Planè enim altaris Sacram. nos uel inuitos cogit ad commemorandam passionem Christi. Quamquam etiam de his dicantur qui alijs peccandi præbent atq; ministrant occasionem. Teren. Hui, inquit, quantam illi fenestram aperueris ad nequitiam.

Proletar. præsid.) .i. infirmum, debile atq; uulgarè. Hinc deductum q; Proletarij in plebe Romana pauperrimi erant ac infimi, sic dicti à munere officioq; prolis ædendæ quòd cum re familiari parua minus possent reipublici. iuuare, sobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent.

Adonai.) Aduerte quòd Hebræa litera hic non habet Adonai, sed Iohofa, nomē illud τετραγονα μᾶτος quod ab esse siue existere deriuatum est, exprimit enim proprie diuinam siue substantiam siue essentiam. Verū ipsi Iudæi ubiq; per Adonai id nominis nō tā interpretantur q̄ pronunciant, grande nephas & piaculū uel æterna morte expiandū esse autumantes, si quis Iohofa, suis quibus constitutum est literis, efferat. Quod q̄ sit ridiculum & Iudaice superstitiosum, uel pueri iudicare queant. Et tamen quum ea lectio scilicet Iohofa nō placeat omnibus,

(est enim ineffabile ferè nomen) uulgi consuetudinem & religionem secutus est Vvicelius, iuxta Adagium quo dici solet πρὸς κρήτα κρητίζειν.

Mnemosynon.) Μνημόσυνον, id est, memoria, memoriale, pignus aut simile quippiam relictum apud amicum, quod illum nostri commonefaciat, monumentum, ut Marci 14. Ἐὐδοίσειεν αὐτὴ λαληθήσεται εἰς μνημόσυνον αὐτῆς, id est, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius.

Thyo.) θύω .i. sacrifico, mactō, immolo. Iungitur autem accusatiuo causam sacrificij significanti ut θύειν γάμον, quasi διὰ τὸν γάμον propter nuptias sacrificare. Vide commentarios Budæi.

Spendone.) Σπένδω, id est, libo, sacrifico, neutrum datiuo iungitur. Atqui eiusmodi Synonimiseridet Hæreticos, qui in solis nominibus laborant, quum rem non possint non probare.

Thysian.) θυσιά, id est, sacrificium, hostia siue uictima, unde θυσιαστήριον altare dicitur.

Theothyton.) θεόθυτον, id est, diuinum sacrū, nā & carnes uictimarū θεόθυτα olim uocabantur.

Hicrion.) Ἱερόιον .i. uictima, hostia, ab ἱερεῖω, sacrifico, sacris operam do .i. Vnde ἱερέως Sacerdos dicitur.

Prosporan.) προσφορά, id est, oblatio, & ci bi assumptio.

Hagiazo. ἁγιαζῶ, id est, sanctifico, sancte adoleo. Vnde ἁγιασέριον sanctuarium, ἁγιασεῖα sacrificium ἔσ' consecratio apud Plutarchum.

Tragœdia. Id est, seditionis ἔσ' tumultus. Nam tragœdia olim nihil in se præter luctus, exilia, cædes ἔσ' misérias continebat ac insectabatur uitia. Vnde Ouidius,

Omne genus scripti grauitate Tragœdia uincit. Vnde Tragice aliquid fieri dicimus, quod atrociter siue crudeliter fit, quasi more tragico.

Is Anamnese. Ἰσ ἀνάμνησις, id est in memoriam siue cōmemorationē. Νᾶ ἀνάμνησις reminiscencia dicitur, ab ἀναμνέω, id est, facio reminisci, siue reduco in memoriā. Dif- fert autem teste Ammonio ab ὑπόμνησις ἀνάμνησις γὰρ ὅστις ὅταν τις ἔλθῃ εἰς μνήμη τῶν παρελθούτων, ὑπόμνησις δὲ ὅταν ὑφ' ἑτέρου εἰς τὸ το προαχθῆ.

Mnia uel Mneme. Μνήμη, id est, memoria, ab μνέω, μνήμη etiam memoriam significat, sed ἀπὸ μνήμης εἰπεῖν, quod est memoriter dicere ἔσ' cōmemorare. Porro quid hæc ab Anamnese distet, hæc hic expresse apud VVICELIUM. Quamquā μνήμη ἔσ' μνήμη inter se quoq; differat, teste Ammonio.

In cratere. ) Crater eris, siue cratera eris, pen- product. poculi genus grande ac patens, ἀπὸ τῆς

ἡγοῦται ἔμ, quod est tenere, capere, uel potius quod est misceo. Quidam aiunt tres urnas continere. Vt nam uero quartariū dici certum est, quòd quatuor sextarios contineat. Virg. Crater atq; duos statuas tibi pinguis oliui. Vocat aut Cyprian. craterem sacrum calicem, unde hauritur sanguis Christi.

Holocaustū Endelec. ) i. perpetuo durās ac per seuerans in suo religionis ordine oblatio. Nā ἐνδὲ ἀλεχμοῦς continua mobilitas dicitur qualis in anima cognoscitur. Et ἐνδὲ ἀλεχης. i. perēnis, continuus perpetuus. Vnde ἐνδὲ ἀλεχῶς, continuo, iugiter. Alludit autem hic Vuicelius ad iuge illud sacrificium de quo Daniel. cap. II.

Antiochus ille Epiphanes. ) Sic cognominatus est Antiochus ille qui tā misere olim afflixit Iudeos, ut testatur I. lib. Macch. ca. I. & 12. li. Iosephi de Ant. ca. 10. Nā & quotidianas immolationes (quas Deo secundū legē offerebāt) celebrari prohibuit.

Sed magis Titij. ) Eius nominis nulli mihi occurrunt Iudaicæ gentis hostes, nisi malis legere Syri. & genuino odio semper in Iudeos grassabātur. Verū enim uero citius crediderim Typographos errasse & Titi legendū, ut intelligas Titū Vespasianū Cæsare atq; huius filiū Titū qui in uindictā dñicæ mortis penitus sustulerūt rēpub. atq; ceremonias Iudeorū. Vide 3. & 4. ac reliquos Iosep. lib. de Iuda. bell. Crassus. )

Crassus.) Crassus iste Marcus dictus, post Gabiniū, ut testatur Iosephus Ant. li. 14. cap. 5. à Senatu populi Rom. missus Syriæ præses est, ut Parthos reprimeret. Itaq; cū contra Parthos militiā produceret, ad Iudæā peruenit & pecunias tēpli quas Pompeius nō tetigerat, duo milia talentorū abstulit, nec non & totū reliquū aurum usq; ad 8. milia talentorum. Tulit etiam & trabē aureā uersatilem, ex qua pendebant uela templi, trecentas mnas pensantem.

Sosius.) Sosius iste is est, qui (Antonio præcipiente) auxilium dedit Herodi contra Antigonum qui Hierosolymitanū regnum appetens, & se & Iudæos excidio dedit. Lege 14. li. Ant. Iosephi ca. 16.

Sabinus.) Is Cæsaris procurator eorū fuit quæ in Syria possidebat, multisq; cladibus afficiebat Iudæos. Sed et ærarium ubi templi opes seruabantur, arripens quadringenta talenta sustulit, militibus cætera diripientibus. Lege 17. Ant. lib. apud Iosephum cap. 10. & 13.

Iouem Olympiū.) Sic dictus est Iupiter ab ipso monte Olympo, in cuius cacumine aram fuisse commemorant Ioui dicatam. Fuisse autem ingens sinus lachrum, & admirandæ stature, uel ex Iosepho liquet, qui 18. libro Ant. capite primo de Gaio Cæsare scribens, Sed & Iouem, inquit, Olympium (qui maxime apud Gentiles uenerabilis habetur,

quæritur

quem Phydias Atheniensis fecerat) ausus est in Romanam transferre ciuitatem. Nec dubium est quod idem in Hierosolymis fecerit Aelius Adrianus, qui ritum pariter mutauit & nomen, & ita funditus cū ciuitate subuertit & religionem, ut ne emittis quidem, Iudæos saltem paternū solū prophanis obtruncibus liceret inspicere, sed mox peregrinis confluentibus permutatis ciuibus uarios induxit idololatricæ ritus. Nam & equestrem statuam posuit, quæ in ipso sanctorum loco diu postea stetit. Idē fecisse ex Macchabæorum libris & Iosephi constat Antiochum Epyphanem, qui abominādum idolum de solationis in templo statuit, hoc est, Simulacrum Iouis Olympij, & rursus in Samaria super uerticem montis Gariz in Iouis peregrini siue hospitalis delubrū edificauit, ipsis Samaritanis ut id faceret per epistolam precantibus, sicut Iosephus testis est lib. 12. Antiquit. cap. 1. & 2.

Iste Cesaris Aquilam.) Hoc fecisse Pilatum testis est Iosephus 18. lib. Ant. cap. 4. Primus, inquit, Pilatus ignorantibus populis introgressum signa & statuas quæ in signis militaribus inerant, quæque secū apportauerat, in ciuitate constituit. Quæquæ & Herodes dudum aquilam auream construxit super portam templi, ut est apud eundem Iosephum 17. Ant. lib. cap. 8.

Ille Schikutz. ) Hoc fecisse Antiochum luce clari-  
 rius deprehenditur ex 1. lib. Mach. ubi sic habes:  
 Et iussit Antiochus edificari aras, & templa & ido-  
 la, & immolari carnes suillas & pecora cōmunia.  
 Consentit his Iosephus quoq; ita scribēs lib. 12. An.  
 ca. 10. Aedificans uero in Sacrario aram, super eā  
 porcos immolauit, hostias nō legitimas, nec patriæ  
 religioni Iudeorum congruas, &c. Quis hic nō ui-  
 deat quā planè locus ille sanctificatiōis uersus fu-  
 it in haram porcorum, & ut sic dixerim, Augiæ  
 stabulum, hoc est, in desolationem abominationis?

Chrestologi. ) Id est, deceptores, χηρολόγος  
 enim blandus aliquis dicitur uerbis, re non item,  
 qui uerborū comitate frustratur postulatōres. Vnde  
 de χηρολογία, id est, blandiloquentia.

Parerga. ) Id est, aliena & quæ præter proposi-  
 tum sunt. Græcis enim πάρεργος dicitur ociosus,  
 sine opera, extra propositum. Vnde πάρεργος,  
 quod præter præcipuam & destinatam operam or-  
 natu gratia additur, ut in picturis flores, arbores,  
 & similia. Et ut in picturis, ita in alijs quoq; arti-  
 bus πάρεργα sunt.

Apostasia. ) ἀποστασία, id est, descēctio, cū quis  
 uel à duce suo, uel ab Ecclesiæ unitate desciscit,  
 ἀπὸ τοῦ ἀποστατέω .i. absisto, unde ἀποστάτης  
 .i. desertor, qui abscedit ab eo quod tuēdū suscepit.

Dissutum



*Dissutum Cothurnum.*) Cothurnus calceamenti genus tragici, quo calciantur Tragœdi, qui in theatro dicturi sunt alta uoce. Author Suidas. Est autem humile genus in modum crepidarum, sed tale ut dextro & leuo pedi conueniat. Vnde eleganter dicit Hæreticos ex scriptura cothurnum facere, utpote quam nunc huc, nunc illuc torquent, nullis certis insistentes uestigijs. Dissutum autem dixit pro eo quod est uersatilem, utpote qui nulla certa forma cohibentur, sed quouis sese inclinant.

*Syrenarum cantus.*) Hoc est, contagiosa Hæreticorum dogmata, quæ ceu melle circumlita seducunt incautas hominum mentes, ducta similitudine à Syrenis monstris sic dictæ ἀπὸ τῶν σαρῶν quod connectere uel retinere significat, eo quod libidinis uinculum Syrenes fuerint. Hiero. in Prolog. Iosue: Et nos ad patriam festinantes mortiferos Syrenarum cantus surda debemus aure transire.

*Siculos fluctus.*) .i. minaces & periculosas hæreticorum contentiones. Siculum namque mare angustum, anceps uorticosumque; uarijs disijcitur scopulis ac Scyllæ & Charybdis sæuitia inclytum.

*Talpa cæcior.*) Græci sic dicunt τυφλότῳ & ἀσάλακος, de his qui nihil habent iudicij,

*Morycho stultior.*) μόρυχος cognomē Bachi apud Siculos, quod in uindemia eius facies musto et uirena

uidentibus ficis oblini consuevit. Vnde iocus, Morycho stultior, in eum qui nihil intelligit nec sapit.

Lupū au. ten.) Hæc in eos cōpetunt, qui in eiusmodi negotiū inciderint, quod neq; possint excutere neq; tolerare. Lupus enim ob auriū breuitatem neq; teneri cōmode potest, neq; tuto dimitti ob mordacitatē. Duo aut̄ uersiculi qui sequuntur, eodē pertinet, nimirū quòd sicut ij qui uel anguē calcāt, uel ad Lugdunēsem arā dicturi sunt, periculi magnitudine exterriti nequeunt̄ respondere. Erat quippe apud Lugdun. arā, apud quā necesse erat aut omnino uincere dicendo, aut uictū pœnas dare erroris.

Quid Istmon fodiam? ) Eandē significationē habet ac si dicas, quid arenā maris numerē? Solemus enim huiusmodi uti ueluti per ἄδύνατον. Est aut̄ Istmos ea terræ angustia, quæ inter duo maria Aegæum & Ioniū conclusa est, cuius strictura quinq; miliū passuū interuallo constat, qui non sine longo & ancipiti nauū ambitu transfiri potest. Hinc quē quempiam aliqua in re frustra laboraturū esse pro uerbialiter significare uolumus, Istmon fodis dicimus, quasi quòd id factu perdifficile sit.

Ne latum quidem unguem. ) Eūdem sensum habent, Transuersum digitū, Culmē latum. Utimur aut̄ rē his indicaturi quempiam omnibus modis accedere nostræ sententiæ, ueluti si dicam, Ab his quæ  
diximus

diximus, ne latum quidem unguem discedit ille, aut si perfectum uelis imitatore[m] significare hoc modo, Præceptor me non patitur unguem, ut aiunt, latum, à monastica disciplina discedere.

Apologos defensi. ) Apologus Fabula dicitur, in qua bruta animalia introducuntur, diffiniturq[ue] ex rebus humilibus composita quædam forma ac species ad uidendum. Hic simpliciter pro signentis ponitur & nugis.

Alienis Phaleris. ) Id est, ostentamentis & nimium expolitis dogmatis. Phalera enim ornamenta equorum ἀπὸ τῆς φάλαρος dicuntur. Vir. 5. Aen. Primus equum phaleris insignem uictor habero. Hinc phaleratus. a. um, id est, ornatus, & phalera ta dicta, id est, exquisita & perpolita & plerunq[ue] fictitia, quæ sub specie eruditionis fallant simplicium corda.

Fulgent. Icon. ) Icon siue Icona, latine effigies et imago & statua dicitur ex membris ipsis à pictoribus expressa. Plinius: Effigies hominum nõ solebāt exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatē merentium, & primo sacrorum certaminum uictoria statuas dicari mos erat, Eorum uero, qui ter ibi superauissent, ex membris ipsorum similitudine expressa, quas Iconas uocant.

Antonomatice. ) Antonomatice aliquid fieri dicimus,

cinus, quoties rei cuiusdam aliud nomen apponitur, quam habet ex proprietate, ab ἀντρονομία, quæ est nominis permutatio, ut si quis pro Achille Pelidem dicat, & pro Iunone Saturniam, quemadmodum hic pro Eucharistia Sacrificium laudis dicitur, nominibus diuersis, sed sensu eodem.

Dices esse Psychicos. Id est, animales, siue carnales. Nam ψυχικός animalis dicitur à ψυχή quod est anima. Vnde est illud Apostoli: Animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt.

Omniem mouent lapidem. ) Omniem mouere lapidem dicuntur, qui in re quapiam peragenda nihil non experiuntur ac tentant.

Aretalogis. ) Aretalogus, Porphyrione teste, garrulus & loquax dicitur, qui ostentat potius, quam præstat uirtutem. Proprie tamen, sed alia Etymologia dicitur, qui fingendis mēdacijs auditores mouet arte uerborum. Iuuenalis, Ut mendax Aretalogus, Verum tunc non ab ἀρετή, id est, uirtute, sed ἀρετῶνο, id est, placeo, deriuatur.

ἄχραντον. ) Id est, immaculatum, purum, & sine corruptione.

Sannarum. ) Sanna per duplex n, irrisio est, quæ ut Hieronymus inquit, ab occipitio distorto ore & labris contractis fit, anteriorum dentium ostentatione. Iuuenalis,

Inunc, & dubita qua sorbeat aëra sana Tullia.

Ad frugem meliorem.) Quum nemo, ut Lactantius inquit, in uitia pronus non sit, sapientis profecto uiri est, à cognito errore discedere & sese in tutum hoc est, ad meliorem uitam recipere. Hinc igitur Prouerbiū fluxit, ad frugem meliorem siue bonā se recipere, quod Marc. Tul. in Oratione pro Marco Cælio ita scribens usurpat: Sed qui totam adolescentiam uoluptatibus dedissent, emeruisse aliquando & se ad frugem bonam ut dicitur recepisse grauisq; homines atq; illustris fuisse.

Ex uestro Albo.) Id est, numero, Sumptū à Pretoris Albo. Album quippe substantiuū olim dicebatur, quod Græci uocant λευκωνία tabula Gypsata in qua iudices notari, pretorumq; iura scribi solebant, similiter & ea tabula in qua singulorum annorum acta literis mandabantur. Annales hodie uocantur.

## CAPVT IX.

**I**Amiam utrinq; tum ipsa necessitas, tum huius tēporis exigent ratio, ut rusticum Laicum edoceamus, quo pacto interesse debeat sacrae Missæ, & ex ea salutem consequi fructum. Sed & illud tempus

pus indicabo ei, quādo seipsum scilicet indignū faciat exteriori participatiōe tāti mysterij. Interim certa forma sub qua olim (Apostolorū tempore, & post hos apud discipulos) hoc genus sacrificij celebratū sit, illucescit ex Dion. illo Areopagita. Cæterum de huius sacrificij uetustis ceremonijs, de institutione Canonis, de propulsatione poenitentium, de spiritualibus canticis, de admixtione calicis, de consuetudine & tempore eorū qui sacram communionem accessuri sunt, dicere plura superfedemus. Illud autē dico, Christianum Laicū huc debere properare cū expedito animo, & ab omni terrenarum rerū cura libero. Quid em̄ inter tanta rerum diuinarū mysteria recte cogitet homo, quid bene sanctēq; sentiat, si huius animus domi defixus iaceat, aut per mūdi climata dispersus peregrinet?

Summa itaq; eius intentio ea esse debet, Commōdum properabo ad sacrā Ecclesiæ ædem ad multos alios tum fratres, tū sorores, ibiq; sacris precibus me-

met committam Deo, eiq̃ me prorsus  
 resignabo in manus, propter uarios il-  
 los & incertos huius fragilis ac suspen-  
 sã uitã casus. Huc autem cum uenerit,  
 secedat ad Angelum, aperiat caput, per-  
 cutiat pectus suum, confiteatur humili-  
 ter & ex toto corde peccata sua Deo.  
 Deinde totus intentus sit peragẽdis my-  
 sterijs, istucq̃ memoria teneat & mente  
 reuoluat, omnem illum Ecclesiastici mi-  
 nistri uestitũ præ se ferre dominicę passi-  
 onis insignia, quemadmodum & ipse  
 Sacerdos (aliquo modo) sub persona  
 Christi adstat & peragit mysteriũ. Prete-  
 rea scias & hoc certo, quicquid Sacer-  
 dos ipse ab initio sacrorum cantat & le-  
 git, sacrã esse scripturam ex utriusq̃ Te-  
 stamẽti archiuis depromptã, inter quas  
 interim officiorum functiones, tu sur-  
 sum ora patrem in spiritu. Cum autẽ se-  
 se uertit ad populum sacerdos, & omni-  
 bus imprecatur ipsam domini præsentia-  
 am, statim aduocans pariterq̃ omnem  
 populum sua uoce monens, ut unã cum  
 eo com

eo communes offerant Deo preces, tu  
tacitus apud te ipsum hæc precare di  
cēs: O Deus misericordiarum, fac hoc,  
præsta hoc, ita adiuua, tuere ita, iuxta  
quod te uerbis Sacerdotis ( qui os no  
strū ad te est ) sedulo ac summo studio  
communiq; consensu precamur omnes  
per sanctissimum illud nomen Christi  
Iesu domini nostri. Hanc atq; eiuscemo  
di precatiunculā, certissima fide & sum  
ma fiducia cōsigna, sicq; sursum ad coe  
los remittito. Qui latine doctus est, unā  
cum Sacerdote orationis uerba subinde  
reddere debet, cōplicatis interim ma  
nibus & animo ardentissimis uotis sur  
sum flagrante. Rursus cum recitat Eu  
angelium, assurge & compone te in re  
ctū corporis statū, simulatq; & cor sur  
sum subleua quousque perlegatur. Ab  
hinc statim, cum Christianum incipit  
præcinere Symbolum, confitere tu &  
tuam fidem apud te & dic, Credo in u  
num Deum patrem, &c. iuxta quod te  
tui docuere parentes. Post hæc iterum



ora in spiritu & ueritate, quod est, syn-  
 cere, pure, ac uere adorare patrem. Sub  
 secretis ueniat in mentem misera illa ac  
 uaga ultro citroq; habita obambulatio  
 Christi Iesu domini tui ad crucem usq;  
 Cogita lætalia uulnera, & amaram mor-  
 tem, sintq; semper hæc tuo infixæ pecto-  
 ri uerba, Hoc facite in meam cōmemo-  
 rationem. Hoc quippe faciens oēm edi-  
 dicisti causam cur Missæ sacrificium cele-  
 bretur in Ecclesia. Sub elevatione uero,  
 seu exhibitione Eucharistiæ (in qua con-  
 tēplaris pignus illud unicum noui fœ-  
 deris, cuius fidei consors factus es) pro-  
 nus in terram corpore, gratiarū actiōem  
 offeras pro redemptione mundi, in hūc  
 uel alium, si suppetat modū: Gloria, hon-  
 nor, & gratiarū actio tibi ô domine uniu-  
 uersorum pater, q̄ ex ineffabili tua ere-  
 ga nos charitate, tuum unicum filium in  
 mundum miseris, qui homo factus & ti-  
 bi obediens usq; ad mortem crucis, in  
 qua propriam suam carnem tradidit in  
 mortem, & proprium sanguinem fudit  
 in re

in remissionem peccatorum. Per hunc  
& in hoc omnis scriptura adimpleta est  
& omne hominum genus à Diaboli ty-  
rannide exemptum, & adsertum est in  
libertatem filiorum Dei. Hoc firmiter  
credo ad iustitiam, & constanter ore  
profiteor ad salutem. Quid retribuam

**D O M I N O** pro omnibus quæ re-  
tribuit mihi: Ipsi honor & gloria in ex-  
cellis, nobis gratia, pax, & salutaris ab  
hoc incolatu exitus ab eo in secula,  
Amen.

Vel ita: Benedictus sit Deus domi-  
nus cœli & terræ, uerus ille Rex Sion,  
cui cōgaudet uniuersa creatura & om̄is  
arridet fabrica mundi. Tibi gratiarum-  
actio, honor, claritas, potestas, & nunc  
& semper & in seculorū secula, pro per-  
petua illa uita ac uera immortalitate,  
quam nobis gratis ex tua unius gratia,  
non ex nostris meritis impartiri digna-  
tus es per unicum filium tuæ dilectionis  
**I E S V M**, in eo, quòd seipsum  
spōte obtulerit tibi patri suo, in odorem  
e 4 suauita

suauitatis ad multorum exhauriēda pec-  
 cata. O quanta tibi laudum, imò & gra-  
 tiarum actionis præconia debeo IESU  
 bone, unicus omnis innocentiae agnus,  
 qui te ipsum pro me mactari fecisti, quo  
 me nihil pro merito aeternae donares  
 redemptionis Donatiuo. Per tua uulne-  
 ra & mortiferas plagas ego restitutus  
 sum sanitati, per tuum sanguinem ablu-  
 tus sum ab omni inquinamento peccati.  
 Tu solus dignus es accipere uirtutē,  
 regnum, sapientiam, fortitudinem, glo-  
 riam, honorem & laudem omni tempo-  
 re. Sanctus, Sanctus, Sanctus es domine  
 Deus sabaoth, Pleni sunt caeli & terra  
 gloria maiestatis tuae. Mane nobiscum  
 tandem dñe, id quod te facturum haud  
 diffidimus, quia in te uno omnis omni-  
 um nostrum fiducia consistit atq; fulci-  
 tur, Amen. Post hæc mentē tuam sube-  
 at incomparabilis ille fructus, qui nobis  
 ex Christi morte contigit, & contra præ-  
 sentissimum illud exitium, & perditissi-  
 ma ac aeterna omnium nostrum perdi-  
 tio, ni

tio, nisi mori contigisset Christū. Subinde cum Sacerdos occinit tibi Dominicam orationem, & tu quoque eam recita erectis puris manibus in cœlum. Iterum cum Dominicam pacē imprecatur universo populo, tu quoque eam sincera fide excipe, & reipsa exhibe fratri tuo. Hæc atque huiuscemodi ô Christiane frater tibi designat Sæctum illud osculum quod ab uno multorum nomine publicus exhibetur. Atqui hic quoque subinde admoneris Christianæ unitatis, quomodo scilicet cum omnibus Christi fidelibus unus sis panis & unum corpus in Deo. Remitte hic omnem iram, deponne omnem maleuolentiã, & nouum in te amoris ignem excita, ex collatione flagrantissimi amoris erga te Dei. His omnibus ita peractis, præpara animam tuam ad percipiendum sacrum Eucharistiæ munus. Equidem si uis, & recte tibi es conscius, non tibi interdicit Ecclesia, sæpius hac frui mensa. Si uis etiam, accipe spiritualiter, corde tantum puro &

animo defecato in hunc modū: Sit pro-  
 cul omnis ambiguitas, firmiter q̄ ex to-  
 tis animi uiribus crede sac̄ illud Chri-  
 sti corpus ( quod per Christi uerbum  
 Ecclesia suscipit ) pro te esse in mortem  
 traditum, pariter q̄ & illius preciosum  
 sanguinem esse effusum sub cruce in re-  
 missiōem tuorum peccatorum. Ea sanē  
 fides manducat & bibit hanc Eucharis-  
 tiam quoq̄, facitq̄ ut fructus ille Do-  
 minicæ passionis ac redemptionis per-  
 petuo in te maneat, eumq̄ indies magis  
 ac magis efficaciorē sentias in salutē.  
 Postremo ora cum Sacerdote pro pro-  
 paganda huius diuini uerbi atq̄ Sacrae  
 menti ueritate, Precare, inquam, obnixē  
 quo te Dominus in suo timore & disci-  
 plina, die ac nocte custodiat, demum de-  
 ducat in uitam æternam. Præterea do-  
 mum reuersus, ita uiue & temetipsa ope-  
 ratiōe pietatis ita exhibe, quasi unus qui  
 iā uere uelut incorporatus sis Christo.  
 & factus sis communis omnium frater.  
 Crediderim ego sanē, si quis Christia-  
 nus in

nus in eum modum suæ Parochiæ Sa-  
crificio interesset quotidie, & sic utere-  
tur quoq; eo, hunc multo cum minore  
peccatorum multitudine & maiori cum  
innocentiâ hinc discessurum ad Deum.


## A N N O T A T I O N E S .

Commodum. ) Com. aduerbium significat iam,  
nunc. Apulei. Commodum limen euaserant, & fo-  
res ad pristinum statum resurgunt integræ.

Archiuus. ) Archiuum penul. prod. armarium li-  
brorum dicitur.

Vltro citroq; .) Ac si diceret, Nunc huc nunc illuc.  
Illud autè eleganter dixit eo quòd Christus à Pila-  
to missus sit ad Herodem, & uicissim ab Herode ad  
Pilatū, alijsq; similibus obambulationibus factus sit  
spectaculum & Deo & hominibus usq; ad crucis  
aram.

Donatiuum. ) Donatiuum olim munus diceba-  
tur quod à Principe uel Imperatore dabatur. Nos  
autem à Christo donatiuum accepimus uitam eter-  
nam, si tamen legitime certauerimus ut & corone-  
mur. August. Magnum quippe donatiuum suis mili-  
tibus attulit, quo eos nō solum ditauit, sed etiam ad  
certandum inuictissime confortauit.


 Vdiuimus hactenus quid & quæ sit Christianæ Ecclesiæ Eucharistia, & quo pacto debeant ea uti Christiani, iam restat aduersaria doctrina ad uiuum usque examinanda, & procul hinc ableganda, quæ, inquam, doctrina nonnihil in immensum sparsa, paulatim sese totis uiribus quorundam doctorum hominum insinuauit familiaritati, ingens scandalum & periculosa secum adferens dissidia cordatis uiris. Cuius perinde doctrinæ propugnatores per omnia sacra rogo atque obtestor, ut aliquando incipiant discere quid sit illud γυνώσκειν σεαυτὸν. Equidem & ipsa temporis ratio iam dudum postulat, & cum ea tota Teutonum natio, ut hii Neophiti nostri magistri tandem credant (quandoquidem aliàs plus iusto fidem iactent) & se esse filios hominum, quos etiamnum possibile sit errare, cæspitare, cæcutire, & imponere plurimis. Vt cunque tamen sese ista res habeat, nos  
 cum

cum horum erroribus fidēter audemus conferere manus. Si boni consulunt, bene est, Sin contrā obstrepunt ac mustitant, nihil ad nos, qui nostram conscientiam uindicauimus & uacamus culpa, re ipsa testificantes, nos uerē Christianis Euangelicæ dilectionis exhibuisse officium. Nolumus autem hic aliarum sectarum superbe traducere Missas, aut discutere anxius, quod tamen ipsum, collatione sequentium factu facile fuerit, utpote quod contemnant & intermittant ferē omnem ueterem consuetudinem, et id quidem præter necessitatem aliquam, & etiamnum præter iustā causam, quæ eorum incōstantia ac leuitas ( ne dicam lior & peruersitas ) parum fructus ac reuerentiæ inter rudem popellum attulit huic tam sancto tamq̃ uenerando Sacramento, quin potius per hæc ad extremum usq̃ contemptum peruenit & hominum fabulam. Quam sæpe hodie auditur: Ha, res leuis & ludicra Missa est. Eā celebrare potest quisquis uel ea pau-  
cula



cula uerba memoria tenet, quæ clam ha-  
 ctenus à nobis subduxerunt Sacerdo-  
 tes. Item: Vbiq; locorum potest missa  
 celebrari, uel in nuda humo, eo q; eadē  
 sit locis omnibus reuerentia atque maie-  
 stas, nec præstet loco locus. Quin & ue-  
 stitus ille Sacerdotalis, & insignia Cru-  
 cis (quæ ipsi militares dimicationes uo-  
 cant) leuare manus, exosculari altaria,  
 nugæ, figmēta atq; nœniæ sunt. Germa-  
 no uernaculum Sacrificiū amat Deus,  
 non uult Latinum, nec id quidem prius  
 q̄ adsint qui uelint ex sacra synaxi edere  
 & c. & reliqua id genus ludibria. Ex qui-  
 bus certa apud me cōstat ratio, nec quic-  
 quam dubito, quin totum illud Beren-  
 garicum sodalitiū maxima ex parte suā  
 contagionem sparserit in uulgus ex hu-  
 ius Missæ contemptu. Nam hinc muste-  
 læ seuum datū est, & oleum adiectū ca-  
 mino, quod aiunt. Equidem cum unum  
 contēnitur, omnia sibi contemnēda pu-  
 tat rudis Laicus, & nihili ducit uniuersa.  
 Vnde quoq; fit, ut nec magni quidē fa-  
 ciant

ciāt peculiāres suas nouas Lutheranas,  
 scitas scilicet atq; Teutonicas missas. At  
 qui hoc pulchre succrescet ac inolebit,  
 ex fictitio suo illorum Mauzim, quan-  
 do hoc nomen Missa in Christiana Ec-  
 clesia extinctum ire cupiunt & uolunt.  
 Et ô ueterem Diaboli astutiam, Neque  
 enim maliciosus ille Sathan hæc adinuenit  
 uel propter sacerdotum tantum tonsuras,  
 uel casulas aut pensiles lychnos,  
 uerum sub horum specie, nequiores  
 quærebat malorum sequelam. Ha, du-  
 bio procul in seipso cogitabat, Cū hæc  
 minutula satis contempserint, atque ne-  
 glexerint, facile ad maiora animabo at-  
 que protrudam facinora, & tandem  
 huc eos pedetentim adducam, ut in uni-  
 uersum hoc Sacrosanctum Sacramen-  
 tum è medio tollāt ac eleuēt, & suis ipso-  
 rum magistris mediū, quod aiunt, osten-  
 dant digitum, aut conuertant pollicem.  
 Et quidem ex uotis (proh facinus indig-  
 num) successit consilium.

Quin etiam mēte reuolue ac tecum  
 animo

animo percipe, quòd ijdem nouelli Sa-  
 crifici ex una parte contra Apostolicæ  
 Ecclesiæ institutionem ac ordinem di-  
 uersa inculcant, Siquidem Laici sint, &  
 ipsa Missa Germano uernacula sit. Imò  
 huc uentum est, ut iam ipsorum laicorū  
 sacrum sanctius sit, quàm si consecratus  
 Ecclesiæ Sacerdos suum peragat Sacrum.  
 Quorsum autem rogo attinet tam deli-  
 cata & præter necessitatem inducta no-  
 uitas, & audax rerum omnium immuta-  
 tio? Nullus ne deinceps esse debet ordo,  
 nullus timor Dei, nulla morum hone-  
 stas, nulla uerecundia? Nihil ne amplius  
 æstimabuntur apud nos sacræ istæ <sup>τελε</sup>  
 τεί apud Dionysium & Ignatium, quæ  
 & Græcis in usu sunt? Verum aliàs lati-  
 us de his disputabimus. Prudens hic præ-  
 tereo, quomodo salutarem ac olim rece-  
 ptum usum miscendi uini cum aqua ex  
 uindicta & audacia infringant, quem in-  
 terim tamen nec Gregorius, nec Gelasi-  
 us, neq; Innocentius excogitarunt (qui-  
 bus hoc tempore mundus præcipue ini-  
 micus

micus est ob Missæ gratiam) sed potius  
is usus ab ipso Apostolorum tempore  
in hanc usq; ætatem pure & integre de-  
fluxit atq; inualuit, uti aperte liquet ex  
Irenæo lib. 1. cap. 9. quum ait: Pro calice  
uino mixto fingens se (de Marco hære-  
tico loquens) gratias agere, & in multū  
extendens sermonem inuocationis, pur-  
pureum & rubicundum apparere facit,  
ut putetur ea gratia, ab his quæ sunt su-  
per omnia sanguinem suum stillare in il-  
lius calicem per inuocationem eius, &  
ualde concupiscere præsentem ex illo gu-  
stare poculo, ut & in eos stillet quæ per  
magum hunc uocatur gratia. Rursus  
mulieribus dās calices mixtos, ipsas gra-  
tias agere iubet præsentem se, & ubi hoc fa-  
ctum est, ipse alium calicem multo ma-  
iorem quàm est ille, in quo illa seducta  
Eucharistiam facit, proferens & trans-  
fundens à minori, qui est à muliere Eu-  
charistia factus in illum, qui est ab eo al-  
latus, multo maiorem. Et rursus libro 4.  
cap. 57. Quomodo, inquit iuste Domi-  
f nus,

nus, si alterius patris existit, huius con-  
 ditionis quæ est secundum nos, accipie-  
 ens panem, suum corpus confitebatur,  
 & temperamentum calicis sui sanguinẽ  
 confirmavit. Et quare se filium hominis  
 cõfitebatur, si non eam quæ ex homine  
 est generationem sustinuisset? Et iterum  
 lib. 5. statim post principium, Nihil illi,  
 ait, ante dedimus (Deo scilicet) neq; de-  
 siderat aliquid à nobis, quasi indigens.  
 Nos autem indigemus eius quæ est ad  
 eum communionis. Et propterea benig-  
 ne effudit semetipsum ut nos collige-  
 ret in sinu patris. Vani autem omni mo-  
 do qui uniuersam dispositiõem Dei cõ-  
 temnunt, & carnis salutem negant, &  
 regenerationẽ eius spernunt, dicẽtes eã  
 non capacem esse incorruptibilitatis.  
 Sic autem secundum hæc uidelicet, nec  
 Dominus sanguine suo redemit nos,  
 neque Calix Eucharistiæ communica-  
 tio sanguinis eius est, neque panis quem  
 frangimus communicatio corporis ei-  
 us est. Sanguis enim non est, nisi à ue-  
 nis &

nis & carnibus & à reliqua quæ est secundum hominem substantia, qua uere factum uerbum Dei sanguine suo redemit nos, Quemadmodum & Apostolus eius ait, In quo habemus redemptionem, per sanguinem eius & remissionem peccatorum. Et quoniam membra eius sumus, & per naturam nutrimur, Creaturam autem ipse nobis præstat, solem suum oriri faciens, & pluens quemadmodum uult, cum calicem qui est creatura, suum corpus confirmauit, ex quo nostra auget corpora, Quando ergo & mixtus calix & fractus panis percipit uerbum Dei, fit Eucharistia sanguinis & corporis Christi, ex quibus augetur & consistit carnis nostræ substantia, quomodo carnem negat capace esse donationis Dei, quæ est uita eterna, quæ sanguine et corpore Christi nutritur, quemadmodum & Apostolus ait, in ea quæ est ad Ephesios Epistola: Sic post hunc & ex Cypriano idem innotescit lib. 2. Epist. 2. Ait enim: Cum ergo neque ipse Apostolus

f 2

neq;

neq; Angelus de cœlo annunciare possit aliter aut docere, præterq̄ quod semel Christus docuit & Apostoli eius annūciauerunt, miror satis unde hoc usurpatum sit, ut contra Euangelicam & Apostolicam disciplinam quibusdam in locis aqua offeratur in Dominico calice, quæ Christi sanguinem non possit exprimere. Poteris autem ipse uidere eundem sapius ita in rem eandem loquentem. Sed dicis: Nihil me morantur hæc leuia, & haud magno in discrimine pono. Quid enim in re tam exigua? Respondeo: Si nihil interest siue fiat siue prætermittatur ea admixtio, cur non igitur turpius hanc præstas propter unitatē Ecclesiæ, sicut intermittis ac negligis ad excitanda dissidia? Debuerat saltē uel propter solam egregiam illam sui significationem non contemni ac despici, quæ suum fulcimentum ac firmamentum habet ex Euangelio Ioannis ca. 19. de quo aliàs plura.

Plurimum autem refert, quod ex Sacramen

cramento Testamentum faciunt, & ex  
 Eucharistia formant *αἱματεκχυσία*, hoc  
 est, sanguinis effusionem, sub cuius oc-  
 casione docent Christum rursus effun-  
 dere tum in altari, tum in eorum mensa,  
 suum sanguinem in remissionem pecca-  
 torū, Atq; perinde quasi is unicus usus  
 sit Sacramenti, ut percipiatur in remissio-  
 nem peccatorum, &c. de qua re in calce  
 huius capituli plenius disputabo. Primū  
 oportuit eos rationem sui ipsorum Te-  
 stamenti reddidisse & ex scripturis attu-  
 lisse testimonia, unde illis tanta suppete-  
 ret authoritas, ut huic sacrosanctæ Eu-  
 charistiæ aliud adfingant ac tribuant no-  
 men ad concitandam cōtumeliosam ob-  
 liuionem omnium aliarum veterum ac  
 catholicarum nomēclaturarum. Hic tñ  
 statim exiliunt obijciūtq; nobis Lucam  
 22. & Paulum I. Cor. II. quasi præter eos  
 nemo hæc sciret loca. Age audiamus  
 modo quidnam apud hosce Euangelio-  
 graphos habeatur, Ait itaq; apud utrun-  
 que scriptura sic: Hic est calix nouū Te-  
 stamen



stamentum, in meo sang. qui pro uobis effundetur. Quapropter interrogo uniuersos quotquot ad discretionē habent exercitatos sensus, an hæc scripturæ uerba horæ hominum expetant dogma, & confirment instituta. Quòd si in hunc modum loqueretur scriptura, Hic sanguis meus est nouum Testam. propius possent assequi ueritatis scopum. Verū nūc habetur, hic est calix nouum Test. & hoc in meo sanguine. Interim concedemus idem atq; unum esse calicem & sanguinem (tamen aduerte aliàs, quòd Germani nostrates Teutones Kilch à calice mutuunt, quæ uocula in litera quidem nō habetur, & tamen paulatim inoleuit pro poculo.) Quòd si autem iā ipse tantum sanguis est nouum Testamentum, quid subinde commeruit corpus, quo minus debeat esse ac uocari nouum Testamentum? Vel nūquid de beo etiam corpus intelligere, cum Sanguinem dico? ut sit is scripturæ sensus, Hic calix est nouum Test. hoc est, corpus me

pus meum, & sanguis meus est nouum Testamentum. Quòd si ita res haberet, posset merito quiuis plebeius cogitare uos recte sentire, Sin minus ita se habet ueritas, subinde quoq; & ego libenter scirem quonã nomine & ipsum corpus uocare debeam, quandoquidẽ solus (ut uos uultis) Sanguis nouum Testam. sit. Si iocis in rebus serijs locus esset (quod tamen plerũq; uobis permittitis) posset quis uos facile expedire ex hoc intricato Labyrintho, hoc modo: Sanguis eius est nouum Testamẽtum, Corpus uero uetus, unde duo Testamenta pariter in uno Sacramento cõprehenduntur, &c. Neq; em̃ corpus certa debet carere nomenclatura, qñdoquidem tanta inter se necessitudine coeãt, & cõnectantur corpus ac sang. Ad hæc Christus utriusq; Test. dñs est, tũ iuxta figuram in ueteri, tum iuxta ueritatem in nouo Testam.

O uos imprudẽtes homines, quẽ uos tantopere fascinoit *φιλαυτία* ut ueritatẽ ante oculos uestros depiciãt, cernere

nequeatis. Lucas atq; Paulus nequaquã  
 ideo uobis nouum Testam. assuerunt si  
 ue adiunxerunt Calici, ut hinc aliquid  
 noui comminiscamini. Et quanquã ni-  
 hil noui fecisse uideri uultis, tamen subo-  
 dorari licebit omnibus, quòd sola noua  
 rum rerum cupiditate teneamini. Alio-  
 qui ut minimũ uel semel obiter inspexis-  
 setis Matthæum atq; Marcum, horum-  
 que de hoc Sacramento conscriptiõem  
 mente ante percepissetis, qui non No-  
 uum, sed, hic Calix noui Test. est, aperte  
 pronunciarunt. Proinde, sumi'ne inter  
 se Euangelistæ contrarij? Procul absit  
 istuc. Verum humana inscitia ac ruditas  
 non potest semper dispicere, quẽadmo-  
 dum sibi consonent Catholicæ Eccle-  
 siæ Euangelistæ. Illi duo hunc Calicem  
 nouum Testam. Catachrestice uoca-  
 runt, iuxta quod & Paulus ipsum calicẽ  
 pro eo quod in calice est Synecdochice  
 appellat. Sed Matthæus & Marcus sim-  
 pliciter de hoc loquũtur id quòd res in  
 se ipsa habet, quibus & pulchre suffraga-  
 tur ipse

tur ipse Paulus Apostolus Heb. 13. ubi etiam sanguinem Christi non iam novum Testamentum, sed novi Testamēti uocat, quemadmodum ipsum quoque Christum non novum Testamentum, sed novi Testamenti appellat sponsorē, ad Hebr. 7. dicens: In tantum melioris Testamēti sponsor factus est IESVS, & mediatorem iuxta illud Hebr. 9. Et ideo novi Testamenti mediator est, ut morte intercedēte in redemptionē, &c. & ibidem cap. 12. Et Testamenti novi mediatorem Iesum, & sanguinis asperсионem, melius loquentem quam Abel. Ea autem testamenti uocula, plerunque magis utimur ex cōsuetudine, quam ex ueritate linguarū, quando nec ipsis Hebraeis, neque Græcis proprie correspondeat in significatione. Hebraica namque ueritas habet Berith, quod fœdus significat. Græce *ἑσθησις* dicitur, hoc est, dispositū, iuxta quod eius origo Psalm. 88. apud Septuaginta Græcos interpretes luce clarius indicat. Verum quando & hoc

f s      nomen

nomen Testamentum, iuxta scripturarum consuetudinem pro huiuscemodi significatione capitur, nolimus nos in diuersum torquere receptum usum, hoc tantum interea eum, qui satis tenet huius nominis proprietatem, admonētes, quia ea ipsa latina dictio ( Testamentum dico ) iuxta ueritatē hic fœdus designat, quo sese Christus unā nobiscū in se credentibus astrinxit, ut sit noster Deus, & nos uicissim eius populus, quam pactio nem Græci quidem *συμβόλαιον* uocant, id est, confœderationem, Et plerunq; in Mose atq; Prophetis crebrius fœdus dicitur, quam Testamentum, iuxta dialectum illius uoculæ Berith, quod nōnulli confirmationem pacis traducunt.

Solent autem nostri aduersarij magnis efferre præconijs hoc Pauli uerbū ad Rom. 12. quo dicit, Prophetiam siue Ecclesiasticam doctrinā debere fieri secundum Analogiam, id est, rationem siue conuenientiam, & ut Erasmus annotat, secundum portionem fidei, hoc est, omnibus

omnibus & in quolibet loco ita debet no-  
 stræ fidei doctrina tradi, nec ubi alio in  
 loco ab hac diuersum adferamus, & ipsa  
 secū pugnet fides. Atqui rogo qualis nā  
 illa interim erit Analogia, si quando hi  
 testamentarij insurgerent, & unā cū ipso  
 Sacramento inuenterent quoque uerba  
 eius: Quanto melius, imō salubrius hos  
 (Lucam & Paulum dico) cū Matthæo  
 ac Marco, quin etiam cū ipso Apostolo  
 Heb. 13. loquente exponerent, nimirum  
 quō hic calix in seipso non sit ipsum no-  
 uum Test. sed  $\sigma\phi\epsilon\alpha\gamma\iota\epsilon$ , sigillum & my-  
 sticum quoddam signaculum, Item ut  
 amplius loquar, confirmatio, firmamen-  
 tum siue testificatio quedam noui Test.  
 uel quod nos certiores faciat ac ueluti  
 cōmonefaciat huius noui Testamenti.  
 Et in hunc modum eam Analogiam si  
 uerationem intellexerūt antiqui patres,  
 quorum omnium loco Tertul. scribit ac  
 testatur: Sicut & in calicis, inquit, mēti-  
 one Testa. constituens, sanguine suo ob-  
 signatū, substantiā corporis cōfirmauit.

Nullius

Nullius enim corporis sanguis potest esse nisi carnis. Nunc porro, qua ratione sigillum & illud quod signatur idem esse poterunt, nisi tropice uelis omnia (sicut & supra meminimus) interpretari? Et rursus, quo pacto ipsa cœli iris erit fœdus quod Deus cum Noe pepigit? Denique qui fiet, ut sponsus ipse (per quem confirmantur solennia sponsalia legitimi coniugij) idem ipsa sponsalia sit? Præterea quomodo ipsa arra per quam emptio rata est ac firma, ipsa emptio esse potest? Postremo qui fieri potest ut panis & sal, quibus olim amici homines suam dilectionem & amicitiam auspicabantur, initiabantur, significabant & confirmabant, ipsa amicitia sit?

In Exodo plenissime scribitur, quomodo Moses sumptum uitulorum sanguinem resperferit in populum ac dixit: Hic est sanguis fœderis quod pepigit Dominus uobiscum super cunctis sermonibus his. Quæ uerba Apostolus Hebræis scribens ita reddidit: Hic sanguis

quis Testamēti quod mandauit ad uos  
 Deus. Proinde ex hisce Testamentarijs  
 quæro, num etiam iste uitulorū sanguis  
 uetus fuerit Testamentum? Vel nūquid  
 ipsi quoq; Iudæi hunc sanguinem uocāt  
 suum Berith? Dissonant hæc & male cū  
 scripturis conueniunt. Exactius igitur  
 perpendito Mosi uerba quæso, & inue-  
 nies Hebraicum articulum He præposi-  
 tum huic nomini Berith, qui planè ex-  
 primat genitiuum. Quemadmodum &  
 Matthæus ac Marcus suum articulum  
 ꝑ apponunt Diathece, quippe ꝑ Διαθηκῆς  
 id est, huius Testam. & non hoc Testa-  
 mentum efferentes, Itaq; tãto minus no-  
 uum Testamentum est sanguis Christi  
 seruatoris nostri, quanto quoq; minus  
 ipse uitulorum sanguis fuerat Testamē-  
 tum uetus. Verum ipsum nouum Testa-  
 mentum magis in Christi sanguine con-  
 firmatur, ac suum recipit robur, quem-  
 admodum olim & Vetus per sanguinē  
 uitulorū. Et ipsa Eucharistia est ceu Sym-  
 bolum noui nostri Testamenti, siue fœ-  
 dus il-



dus illud, quod nobis per Hieremiam  
 promisit Deus dicens: Ecce dies ueniēt,  
 dicit Dominus, & feriam domui Israel,  
 & domui Iacob fœdus nouum, Non se-  
 cundum pactum, &c. Qui locus scite  
 admodum explicatur apud Paulum ca.  
 8. ad Heb. Atq; huic nos deniq; senten-  
 tiæ irrefragabiliter ceu sacrae anchoræ  
 inhærebimus.

Interim ad solum Lucam uehemen-  
 ter nos cogis, quasi oporteat reliquam  
 oēm scripturam esse ἀκυσον, hoc est, abro-  
 gatam, sine pōdere, robore & authorita-  
 te. Qua in parte multū tibi cū Praxæa il-  
 lo cōuenit, de quo Tertul. refert, quod  
 unum aut alterum locū de scripturis ad  
 suam sententiā excerpens, quibus suam  
 muniret hæresim, cætera noluit intueri,  
 quæ & ipsa regulā seruant, cum interim  
 (ut eius utar uerbis) secundum plura de-  
 beant intelligi pauciora. Sed proprium  
 hoc est omniū hæreticorū. Nā quia pau-  
 ca sunt quæ in sylua inueniri possunt,  
 pauca aduersus plura defendunt, & po-  
 steriora

steriora aduersus priora suscipiunt. Hęc ille . Quare si ita decet tam ceruicose citra rationem atq; iudicium tumultuari, posset subinde aliquis quoq; dicere, & duos illos latrones Christo in cruce conuittatos, quando quidē sic tradunt duo Euangelistæ, Item Ioseph esse uere patrē Christi, siquidē ipsa mater dixerit, Ego & pater tuus dolentes quærebamus te. Itemq; Ioannem esse Mariæ filium, quia in cruce & illum matri dederit Christus in filium, & uicissim eam Ioanni in matrē. Et reliqua eius generis quæ possent ad eum modum intorqueri.

Quis iam non uideat, etiamnum si ipsa uerba alibi ita sonent, Christianis tamen, hoc est credentibus, ex aliorum locorum collatione, quid sit optimum ac certius excerpendum, idēq; subinde credendum atque confitendum? Nam etsi Matthæus & Marcus dicant ipsos duos pariter latrones esse conuittatos in cruce Christo, tamen quia **L V C A S** plenius explicat rei gestæ ordinem,  
Ecclesia

Ecclesia Christi ab initio sensit cum Luca, & in his atq; similibus Euangelistarum dissonantiam pio studio componit per diuum Aurelium Augustinum, ita sanè, ut prorsus peregrinum quid fuerit, & lōge ab Ecclesia alienum, si quis publice insurgat ac adserat ambos latrones eius criminis reos, ac perinde æquo iudicio damnatos. Eadem ratione diluenda erunt & reliqua argumenta.

Quis enim ausit dicere Ioseph genuisse Iesum, sicut ipse ex Helí natus est? Aut quis credat Mariam Ioānem in suo utero portasse, sicut puerum Iesum? Et tamen aperte hoc resonant nuda scripturæ uerba (iuxta qđ supra recitauimus) & fortiter impugnant fidem nostram, nisi ipsa nobis Ecclesia per alias scripturas propiorem ostenderet ueritatis scopum. Quapropter, si hæc uerissimi interpretatione detrudi ac alienari per aliquendam nouum & Christiana religione parum dignum sensum possunt, cur non item poterit & hoc Lucæ uerbum, quod

quod ex eo subinde mutuatus est Paulus, iuxta Matthæi, Marci atq; Epistolæ ad Hebræos narrationem, apte exponi, uel ea maxime ratione, quòd ita semper ab initio uniuersa catholica Ecclesia & crediderit & obseruarit:

Quòd si nec hisce contentus pergis contendere uerbis, respõde obsecro mihi, quid sit Baptismus. Dices: Fœdus, nam ita interpretatus es ipse hanc Græcæ canicam dictionem ἐπεὶ ὄθημα I. Pet. 3. Itaq; fœdus & Testamentum (iuxta qd hæctenus audisti) unum atq; idem erūt. Si igitur Baptismus est Testamentum, & Calix quoq; dominicus Test. est, duo habebimus Test. Et quis posthac me prohibebit, quo minus pro baptisinate Testamentum dicam: Si enim unum uerum est, erit statim & alterum. Ah haud sic amice, uerum nos Christiani hæctenus didicimus quòd noui huius Testamenti nomenclatura multis competat ex æquo, & non uni tantum institutum cula (licet non sicut tu, qui Baptismum

g Epero

Eperotema uocas, quum ἐπερωτήματα nō  
 fœdus, sed stipulatio proprie dicatur)  
 quandoquidem uniuersum Christi nes-  
 gotium nouum Testam. siue fœdus di-  
 ctū sit in Hieremia. Qua etiā ratione &  
 ipsa quatuor Euangelistarum atq; adeo  
 omnia alia Apostolorū scripta, nouum  
 Test. uocantur, cū potius liber siue quæ-  
 dam conscriptio sit noui Test. Sub hoc  
 igitur nomine censentur & cōprehendū-  
 tur omnia Ecclesiæ ministeria, & omnis  
 diuinus cultus, ut sunt, Fides, Baptismus,  
 prædicare, ligare, soluere, Christum ad-  
 orare, sancti spiritus opē implorare, &c.  
 quæ omnia simul cōnexa faciūt & sunt  
 nouum Testam. quod & legem nouam  
 appellare potes, &c. quæ inquā lex, per  
 calicem in Christi sanguine firmatur, &  
 coram exhibetur hominum oculis con-  
 tuenda. De qua re aliās plura, si contie-  
 gerit hosce Testamentarios contra oēm  
 ueritatem denuo arma capessere.

Ad hæc restat & alius error, quanq̃  
 eū pauci aduertunt in eo, q̃ huiusmodi  
 quoq;

quoque sectæ secus tradant ac doceant de  
 Transsubstantialitate huius Sacramenti,  
 quam nobis præscribit catholica Eccle-  
 sia. Guimundus Auerfanus aperte au-  
 det pronuciare hunc errorē esse Hære-  
 sim, nimirum (id quod & suo tempore qui  
 dā adferebant) esse in Sacramēto nō mi-  
 nus panē ac uinū, quā carnē & sanguinē,  
 quum interim Scriptura testetur & huc-  
 usque seruet Ecclesia, post prolata dñi uer-  
 ba, non iā esse panem & uinū, sed reuera  
 carnem & sanguinē. Constat autē omni-  
 bus, in Lutherismo contra hanc trāssub-  
 stantialitatē doceri & firmiter credi, sub  
 Sacramento scilicet uerē contineri panē  
 simul & corpus essentialiter, quod hinc  
 liquet quādoquidem ipsi ferē oēs hoc Sa-  
 cramentū dicāt ac uocēt Panē corporis  
 & Vinum sanguinis, Vel ita planē in pa-  
 ne esse corpus, quēadmodū in candenti  
 ferro ignis. Et quanquā dicere possent &  
 Theophy. usum fuisse ea similitudine in  
 Ioannem, tamen non ea intentione usus  
 est similitudine illa, qua ipsi.

Quibus autem rationibus isti Impa-  
 narij suas commentationes & opiniões  
 probent ac muniant, nos haecenus la-  
 tet. Paulus hoc Sacramentum uocat pa-  
 nem domini, quo ex dicto consecratiũ  
 esse uolunt, Eucharistiam quoq; esse pa-  
 nem pariter & corpus. Et cur non eadẽ  
 ratione hinc potius suppullulasset to-  
 ta Berengariana Hæresis, quando quidẽ  
 Paulus panem dicat? Atqui idem & cor-  
 pus uocat, quin igitur admittunt & solũ  
 corpus esse, sed addunt & panem? Aut  
 nunquid impossibile fuit Christo, ut no-  
 bis solum suum corpus daret sub specie  
 panis, si & in pane illud dare potest? A-  
 uersanus ille haud ita multum taliũ ho-  
 minum defert gloriæ, aut tribuit famæ,  
 quum inquit, isti Christum impanatum  
 & inuinatum annunciant. Et quãquam  
 huius criminis ex parte rei sint, tamen  
 omnẽ hanc impietatem omnino à se de-  
 uoluũt, in Capernaitas istos, qui solum  
 simplici pane contenti, carnem non co-  
 medunt hodie.

Nostræ

Nostræ fidei fundamentum immo-  
 bile persistit aduersus uniuersos tum Ca-  
 pernaitas tum Impanarios, Matth. 26. &  
 1. Cor. 11. Hoc, quid nam illud: Hic scili-  
 cet panis, est meum corpus. Quod autē  
 caro est, nō potest esse panis, & uiceuer-  
 sa. Si iam itaq; is panis in Christi manus  
 susceptus, caro sua factus est, quomodo  
 potest unā cum carne esse & panis? An  
 fortassis panis & caro unum atq; idem  
 sunt? Si Christus hanc impanationē in-  
 dicare atq; præscribere uoluisset, ita cer-  
 to dixisset, Cum hoc (pane scilicet) est  
 corpus meū, Vel ita: In hoc uel sub hoc  
 pane est corpus meum. Aut deniq; sic:  
 Hic est panis meus & corpus meū. Verū  
 ut hæc missa faciamus, summatim dicā.  
 Scriptura inquit, Hoc, & non sub hoc,  
 nisi Christum ablegare uelis ad publica  
 literarum auditoria, ut discat prima pue-  
 orum rudimenta. Hanc ineffabilem ac  
 incomprehensibilem transmutationem  
 cōfitentur & patres æque cum Ecclesiæ  
 doctoribus. Veluti Cyprianus: Panis, in-  
 quit,



quit, iste communis, in carnem & sanguinem mutatus, &c. Atqui sanè quicquid mutatur in aliud, nō manet aliquid cum eo cui cōmiscetur, sed planè transit in illius substantiam cui admiscetur.

Quis iam hic sustineat aliquem dicentem, hoc Sacramentū nihil aliud esse nisi cōmixtionē quandā panis & corporis Christi? Ambr. dicit, Panis iste panis est ante uerba Sacramētorū, ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Hocne credere deberemus Ambrosio, si non solido scripturæ fundamento solidaret illud? Nequaquā: Sed q̄a summus ipse doctor Christus dicit, hoc est corpus meū, en in promptu adest nostra fides, ita defendēs atq; seruās iuxta primi magistri nostri instituta. Proinde sistite gradū hic o uos noui Missarij, & aut totū efficiamini Capernaitæ, aut cū diuini uerbi sentiatis, imò ac seruetis spiritu. Edite uel purum tantū panē, uel carnē dñi. Nullum nanq; hic mediū est, nullū diuerticulum. Nec quicq; hic nos Ecclesiastici

fiastici formidamus humanæ astutiæ iudiciū, imò ultro contemnimus contumeliosi mundi obprobria, utpote cum nos Christophagos culpat & uocat, interim sibi illam Sarcophagiã nullo usui futuram spondens, imò floccifaciens.

Tertius error, quẽ Lutherana Secta in hoc Sacramento cõminiscitur (loquimur aut de insigniorib9 erratis) est fictitia illa remissio delictor9. Atqui hic deniq; triumphãt, hic uictricia signa tollũt & ceu scopum quendã sibi præfigũt, in quẽ sua uenenata torqueãt iacula perditissimi illi Euangelistæ. Tametsi nonnulli inter eos sint qui hoc figmentũ pigre & ægre tueantur, siquidẽ aduertũt id ex quodam impetu citra iudiciũ ac rationẽ esse profectũ, & par9 aut nihil lucis habere ac firmamẽti. Contrã, aliqui inuertũt istud dogma & in diuersum torquẽt sensum, ita ut in hac quoq; parte inter tantam turbam nulla unitas, nulla concordia, nullus consensus sit, quemadmodũ & in suar9 missarum celebratione, atque

huius Sacramēti perceptiōe, plus quā  
 δις διὰ πασῶν uariant ac inter se dissidēt.  
 Veruntamen quando non exigua eorū  
 turba restet, qui grauiter adnitantur hūc  
 errorem tueri ( & hoc ideo faciūt, quōd  
 uideant à nobis eum impugnari gladio  
 spiritus, quod est uerbum Dei ) libet &  
 hic in uirtute eiusdem Dei uerbi, suam il  
 lorum opinionem ( quam ipsi aperte eti  
 annum furtiue scripturis & fucatis uer  
 bis deliniant ) uicissim aperte reterege  
 re ad suam ipsorum si uolunt salutem, aut  
 si nolunt ad æternam perditionem.

PRIMUM itaque eos interrogo  
 ( tantum mihi ex certa sua conscientia re  
 spondeant ) an credant etiam quōd uer  
 bum Dei uerax sit, & maneat in æternū.  
 Hic, id quod scio, ad animā usq; cachin  
 nabuntur & obsannabunt pusillum illū  
 & uere Zeloten Christi gregem, porrea  
 ctatq; ceruice ac expansis supercilijs au  
 dacter euomēt, Ha ha, Et quis magis cre  
 dit uerbo Dei atq; nos? Quod, inquam  
 uerbum, ita planē nos totos occupat ac  
 possidet,

possidet, ut & publice depictum gera-  
 tur in brachialijs, Bene, Mi reuerendi sci  
 licet domini. Attamen parcite nimium  
 ante uictoriam encomium canere, & ne  
 quid nimium arrogetis uobis, nec ueli-  
 tis plus cæteris uideri comatiles, ne si ali-  
 quando fortitudo uestra erūpat in ner-  
 uum, spissæ risum tollant impune coro-  
 næ. Sunt & alibi homines quibus sit in  
 cornu fœenum, & ut ille ait, quibus sint  
 hastæ teretes, clypeiç rotundi, rû galeæ,  
 tum thoraces procul igne micantes, qui  
 que sciant quid distent æra lupinis, ac tã  
 dem uos intus ac in cute norint possint.  
 que & uos adunco suspendere naso, si  
 usq; adeo Christianum hominem decet  
 risus & iocus. Laus propria uestra haud  
 nobis ad disputationem sordebit, nec re-  
 ijciemus uestra brachialia, & lata Iudaicæ  
 caphilacteria. Hoc tantū ostendite, ubi-  
 nam locorum illud uestrum signetum  
 de remissioe in scripturis habeatur, quo  
 unà uobiscum recte sincere que creda-  
 mus, Remissio quidem peccatorum sa-

tis luculēter in scripturis exprimitur, ue-  
 rum indicate interea, ubinam sit scri-  
 ptum quòd Christus suum Sacramen-  
 tum (uestrum Testamentum) in ultima  
 cœna instituerit, ut edatur & bibatur in  
 remissionem peccatorum. Quod si facere  
 potestis (uti decet) hoc est pure recte-  
 que, ultro cedimus palæstræ, & porrigi-  
 mus herbam. Sin minus potestis, meri-  
 to oportuit uos stare iudicio Ecclesiæ  
 (pro qua nos certamus) huic'que uos  
 obstringere, aut turpiter inire fugam &  
 uertere terga. Sed quid opus longa con-  
 trouersia? In tota scriptura, ne unum  
 quidem iota est quod in rem uestram  
 faciat. Atque hic uel cum Epidauro ser-  
 pentinis oculis intueamini scripturas,  
 ne sic incipiatis currere, ut ille qui sta-  
 tim in limine impegit, si fortassis su-  
 scepius errorem ex hisce uelitis adstru-  
 ere uerbis, qui effundetur in remissio-  
 nem peccatorum. Quo nimirum in lo-  
 co alte reboant Lutheristæ dicentes:  
 Hic habetur quòd hoc Testamentum  
 perci-

percipi debeat in remissionem peccatorum. Quis hic non palpet, quis non aduertat formidabiles Aegypti imò & exitiales tenebras: lam'ne idem erit effundere, quod bibere: Sanè iuxta huius noui ideomatis dialectum, possit quis omnem scripturam ubi tractat de effusione exponere de potu, & ediuerso. Sed hinc pulchra quaedam scilicet emeritura esset bibliorum ueritas. Quin & ea quoque consequentia neruis caret, nec integre subsistit, qua ratiocinatur dicentes: **CHRISTVS** in cruce sanguinem suum effudit in remissionem peccatorum. Quapropter etiam bibitur in remissionem peccatorum. In quo argumenti genere, si non certior esset illa nostra superius adducta ratio, quàm illorum adsertio, facile posset quis ex hac elumbi dialectica inficias ire, hoc est, negare dominum suum sanguinem effudisse in remissionem peccatorum. Atqui ad hanc blasphemiam facile aliquem adduxerit leuissimum huius sectae hominum doctrina. Vix  
 quo

quo rem paucis cōplectar, Nusquā sanctus Matthæus scribit, qui bibitur in remissionem peccatorum, sed cap. 26. ita scribit, qui effundetur in remissionē peccatorum. Si quis iam superest, qui intrinsecam hanc quæstiōem de Evangelica illa effusiōe commouere audeat, & fortassis in illo Melchiorē Rinchio, &c. siue ἐκχυνομένου asylū subterfugij querere (quasi effundere idē esse debeat quod infundere, & ueluti de amphora transfundere in cyathū) huic ita, si modo cœpta secundet Deus, respondebimus, ut optaturus sit se continuisse animam, & ea candentem prunam exufflasse.

Nostra equidem fides & doctrina insistit soli mandato Iesu Christi quo dixit: Hoc facite in meam commemorationem. Quid sibi autem hoc uerbi ueritatis, & quid intra se energiæ habeat, supra cap. 2. affatim enucleatum est. Quod si uero dominicum præceptum ita haberet, Hoc facite in remissionem peccatorum, iam non ego tantum infidus, sed et sensus

sensus ac mentis expertus essem, qui tam apertis Christi uerbis ausim obstrepere & reclamare. Nonne igitur contra quoque oportet & eos infidos ac sine cerebro esse, qui huic diuinæ præceptioni in Sacramento altaris rebellare audent, & aliam nescio quam commissionem fingunt, eamque loco Christi suffigunt, hominumque pectoribus suis phaleratis sermonibus intrudunt, cum peculiari laudum carmine, cum singulari canticorum ac symphoniarum delectu, ita ut quisquis non statim huic eorum constitutioni sese inclinet, & obsequibiles adhibeat aures, is æterni ignis supplicio multandus sit? Dicat obsecro hic mihi uniuersa Christo dicata plebs, num tam audax temeritas, & temeraria audacia æquo animo ferenda sit Christianis pectoribus.

Atqui hic fortassis quidam ex eis deliberabunt de melioribus & expauescent (quandoquidem Sathanica illa in eis malitia nonnihil suis spoliata sit uiribus) sed ita tamen, ut capite adhuc cō-



stricti teneantur in Diaboli laqueo, & solo corpore expediti sint ad libertatē catholicæ Ecclesiæ. Atq; hij admodum ægre diuelli se patientur ab huius commissionis siue præcepti loco, quin citius ex hoc accingent sese ad tuendam & cōfirmandam suā de hoc Sacramento opinionem, hoc est, ex grandine uelle extorquere falernum, & id quidem hoc modo, Christus ipse huiuscemodi suis uerbis, hoc facite in meam commemorationem, non reprobauit nostrum dogma, quin potius asseruit. Nam in sui commemorationē comedere, & in remissionem peccatorum sumere, unū atq; idem est. Respondeo: Hoc ne statim nos credere oportuit uobis sine testimonio scripturarū: Hodie certe non, nec in æternum. Ita nanq; certe apud nos & rata sententiæ stat, ut nullā glossam in aliquē scripturæ locū acceptare uelimus, nisi eadē glossa ipsa alibi scriptura sit. Vbinam autem locorum reperitis, quòd in commemorationem facere aliquid, idem sit quod in remissi

remissiōem peccatorum? Fortassis cum dominus dicebat Matth. 26. de ungente se in Bethania muliere: Amē dico uobis ubicunq; prædicatum fuerit hoc Euangeliū in toto mūdo, dicetur, hoc fecit in memoriā eius. Num igitur etiā ex hac memoria facies quandā remissionē peccatorum? Aut certe experire uires tuas Exo. 12. ubi Israelitę suū Phasē in memoriā immolabāt atq; edebant, uti supra audisti, si uel ex his possis extorquere tuum præstigium, & dicere, Israelitas comedisse suū Phasē in memoriā, hoc est in remissionem peccatorum. Poteris subinde & Dauidem illum precari, ut tuo uelit subscribere uoto, & deinceps in hunc modum psallere, Remissionem peccatorum fecit dominus mirabilium suorum, &c. & non, memoriā fecit mirabilium suorum, &c.

Post hosce φιλόμεινους possent & aliī eadem ratiōe scioli suboriri qui dicerēt, Mortem CHRISTI annunciare & remittere peccata idem esse in scriptura.

Quibus

Quibus iam respondeo: In quibus scripturis? Haud tibi ita succedet frater ex uoto. Equidem ægre patitur scriptura se torqueri contra suam naturam in diuersum sensum. Christi quidem mors remissionem peccatorum apud patrem nobis impetrauit, debuitque illa mors annunciari, & omnibus omnium cordibus ad purum usque insculpi, ne per ingratam obliuionem inhonoretur in nobis, tametsi hinc non consequitur quod tu proponis. Hoc mihi sanè crede, si hæc Paulus suam sententiã huic conformasset, aut, ut leuissime dicam, minimo alio quo uerbo eius mentionẽ fecisset. Et dubio procul, ut erat Apost. fidelis, præceptum domini ita suæ Ecclesiæ præscripsisset atque reddidisset, Hoc facite quotiescumque facitis in remissionem peccatorum, si modo sic accepisset à domino. O Deus æterne, nunquid is erit unicus huius Sacramenti usus, de quo etiam nihil oportuit scripsisse Apostolos? Vel saltem

saltem oportuit ipsos Euangelistas non esse inscios huius dogmatis, si modo uestra doctrina esset doctrina Christi, Aut uobis ne data est ea autoritas implere quæ ipsi intermiserint, maxime quando uos ipsos appelletis Euāgelistas? Ita plane nimirum spiritus ille Montanicus in uobis nouis suis Euangelistis complet, quod sacer ille spiritus Christi in suis olim Euangelistis præterijt, ita scilicet ut ubi hij scripserint, Hoc facite in meam commemorationem, uos debeat subrogare & in remissionem peccatorum. Necessè enim est, ut ex multis diuerticulis aliquod tandem contingat errori patrociniū. Quando uos uestra in sanctos Euangelistas glossemata destituūt, in procliu est uobis uel propriam literā fingere (id quod & Montani Euangeliste olim fecere) quæ nullis glossarū indigeat adminiculis. Et tale quiddam dudum uos fecisse oportuit. Quòd si autē mendacium crassius fuerit, quàm ut tolerari queat, ilico conqueri poteritis priores illos

res illos Euangelistas uestram opinionē scripsisse, sed hanc è medio esse sublātā ab antiquis hæreticis, fortassis à Nouicianis, qui ægre suscipiebant remissionem peccatorum, &c. Hæc quidem ludicra sunt & iocus, sed ( ut me Deus amet ) si illorum dogma stabiliendum fuerit, necesse subinde erit eos quoque noua sua scripta pro Apostolica traditione uindicare, & approbare solius scripturæ testimonio. Nam peregrinum de hoc Sacramento usum uelle inducere plurimi consilij negotium fuerit, quandoquidem iam longe ante eius usus ab ipso Christo crassissime, ut sic dixerim, pronunciatus sit, & subinde à suis Apostolis conscriptus. Quin & ipsos antiquissimos patres non oportuit hanc doctrinam si uerè Christi esset, Ecclesiis passim per uniuersum terrarum orbem dispersis, præterisse aut clā subtraxisse. Verè cur ipsi docerent quod ipse non docuit? Constituit eos Spiritus sanctus Episcopos ad pascendum domini gregem, &

& proinde oportuit eos loqui prout dabat illis eloqui spiritus Dei. Non erant ipsi qui loquebantur, sed spiritus patris nostri æterni loquebatur in eis, &c.

Atq; eiusmodi sanctis uiris merito conueniebat post scripturas nos credere, nec transilire terminos quos ipsi posuerunt. An autem post illos ueteres patres Diuus Ambrosius & ex hoc Diuus Gregorius aliqua uerba scripserint, quæ huic eorum nouæ opinionî competant, libenter uiderem. Sed quod etiam Ecclesia in suo Sacrificio preces & petitiones facit, quas interim Sacerdos humiliter offert Deo, pro diluendis uiuorum atque mortuorum peccatis, pro omnium hominum salute ac liberatione, &c. nihil in rem uestram conducit, nec uestrum errorem tuetur uel iuuat. Adhæc condemnatis Christianæ Ecclesiæ Missæ, & abnegatis hanc dictionem, Oblatio. Si non est oblatio, quõ ea igitur offertur in remissionem

h 2      pecca-

peccatorum? Quòd si iam nec ea quidē offertur in remissionem peccatorū, quo pacto igitur potestis per eam uos defendere atq; purgare? Admitterem quidem hoc libenter ut circa hoc Sacramentum in sacris preceationibus remissionem peccatorum quæreretis, peteretisq; patrem ut remitteret peccata uobis uestra ob gratiam filij sui, uelitq; propitiū intueri illum cruorem, quem filius in cruce effudit in remissionem peccatorum, & hac ratione donare peccata. Nam reuera indigetis uel maxime ut Deus uobis remittat commissa.

Quandoquidem autem nihili & inanis illa Lutherana Remissio, contra canonicam scripturam doceat, & antiquorum patrum diffidat testimonijs, nolimus eam ut ueram acceptare. Imò magis (quando illorū propugnatores obiter per scripturas uagantur, & pro suo uoto casto Dei uerbo adiuunt sua somnia, non contenti Euangelio, cuius se scire sensum melius iactant quàm ueteres illos

res illos sanctos patres, audentq; hunc suum errorē pro ueritate asseuerare) ecce ex aduerso stamus nos, siquidē & ipsi aduersentur Christo, culpentq; eius Sacramenti præceptionem ob suę dogmatis gratiam. Et ut rem paucis absoluam, Quisquis non stat à præcepto Christi, is contra eum est.

In prædictis unusquisq; fidelis Christianus sibi satisfactum putare debet, ne pe ut immobilis persistat professor Verbi Dei. Quo autem furtiua ac clandestina illa seductio crassius elucescat uulgi oculis, libet cum huius sectæ Antesignano propius congregari, & uiolentius cum eo conferere manus.

Dic mihi ô tu temerarie Sacramentorum euersor, quanti æstimas sacrā Pœnitentiam? Debet in Christianismo esse an non? Ita omnino respondebis uel inuitus, tametsi uaria illa tua & in seipsa dispersita doctrina sic de ea differat, ut ab ea suspensum teneat tuum gregem, & maxima tui populi pars, parui admodum



faciat pœnitentiam, sicut & omnia reli-  
 qua Sacramenta nihili ducit, præter hoc  
 solum, Crede, crede, crede. Proinde iam  
 mihi dicas uelim, quare & in quẽ usum  
 concessum sit Christianismo Sacramen-  
 tum pœnitentiæ. Dubio procul idcirco,  
 & in eum usum, ut si quãdo post Bap-  
 tismum cõtingat peccare, ad salutaris pœ-  
 nitentiæ asylũ confugiamus, & in ea gra-  
 tiam Dei imploremus, donec nobis ipse  
 Deus per Christũ remittat admissum fa-  
 cinus. Hoc uerũ esse nemo Christianorũ  
 inficiabitur unquã. Cũ igitur Sacra pœnitẽ-  
 tia ex singulari quadam diuine erga nos  
 beneuolentiæ gratia nobis concessa sit,  
 in quã huius quoque rei usum & Ecclesia ea  
 semper usa sit, quis tu es, qui hoc benefi-  
 cium inuidiose & clam surripere aude-  
 as? Si dixeris, quo id pacto? Audi: Non-  
 neti. istuc Sacramentum cum illo alta-  
 ris scilicet Sacramento, confudisti in eo  
 quod doceas, cum peccauerimus statim  
 esse accedendum ad altaris Sacramentum  
 ut nobis inibi donentur commissa? &c.  
 Equidem

Equidem hinc fit ut pœnitentia nihili  
ducatur, & ferè e medio tollatur. Causa  
in promptu est, quia quicquid per Sac-  
ramentum pœnitentiæ fieri solet & sem-  
per factum est, hoc iam fit per Sacramen-  
tū altaris. Et quemadmodum ab initio  
Christiana Ecclesia peccatores ad pœ-  
nitentiam inuitavit, ita subinde hæc tua  
secta conuocat omnes peccatores ad par-  
ticipationem Sacramenti altaris. Quòd  
si te ducem sequi debemus, inanis erit  
pœnitentia & frustra instituta. Verum  
istud auspice Deo nunquam persuade-  
bis mihi, nec unquã ea tibi fides adhibe-  
bitur. Quòd si hic dixerint se docere tū  
pœnitentiæ, tum diuinæ mensæ æqua-  
lem usum & parem cultum, secus atq; di-  
cunt eos facere iam pridem omnibus  
constitit. Et tamen etiamnum si hoc fa-  
cerent, esset rursus error, iuxta quod  
solet eos sine fine excarnificare Deus,  
ut quia unum errorem de hac sacra Eu-  
charistia sparserint in uulgus, iã ex uno  
emergãt decem. Quomodo? Audis nẽc?

Nunquid debent pœnitentia & mensa  
 diuina æqualem habere usum? Vbinam  
 hoc scriptum habetur? Nulla quidē con-  
 trouersia est, quin supremus pœnitentiæ  
 usus sit peccata dimittere uere pœnitenti-  
 bus. Et est quæq; irrefragabile, quin supre-  
 mus Sacramenti usus sit annunciare mor-  
 tem domini, & eam sæpius mente reuol-  
 uere. Quomodo itaq; hæc duo eundem  
 habēt usum? Adhęc, si dicere uelint, ac-  
 cedendum esse per pœnitentiam ad Sa-  
 cram communionem, & ita acquirendā  
 demum remissionem peccatorum, Res-  
 spondeo, Haud ita pridem soletis dicere  
 id quod certo scio, tametsi in meliorem  
 partem hæc uobis interpretor, nolēs in-  
 terim uos traducere, quod hoc ipsum  
 non præstatis in opere, ut probat quoti-  
 diana experientia. Et quidem una ex par-  
 te recte & egregie dictū est. Interim ro-  
 go num etiam necessarium sit ut pœnitē-  
 tia & istud Sacramentū semper unā iun-  
 gantur, nec unum possit sine altero suā  
 uirtutem plenē habere? Quod sic intel-  
 ligas

ligas uolo. Potest'ne etiã Christiano homini suum peccatum remitti per pœnitentiã, etiã si non assequeretur Sacramentum altaris? Habet'ne etiã ipsa pœnitentiã tantum uirtutis ex Deo ut sufficiat credenti in remissiõem peccatorum? Aut num prius opus habet Sacramento altaris quã possit ei remitti peccatum? Quòd si ita est, quid prodest pœnitentiã, & quid eam Orthodoxi Ecclesiæ patres ita magnifice suis extulerũt præconijs? Et quæ salus contingit illis, quæ uerè & recte huius pœnitentiæ pœsum absoluentes, & tamen salutarem Sacramenti non assequuntur panem?

Hic respondetis uos docere in ueritate credendum esse absolutioni, & uos à confessione discedere, in ea fide, quòd sint uobis dimissa uestra peccata. Hoc si uerum, quid acceditis ad altaris Sacramentum? Vultis hinc auferre remissionem peccatorum? Porrò putaram ego uos eam iam dudum esse consecutos ex absolutione. Necdum igitur confiditis

doctrinæ huic de fide absolutionis, quã  
 tamen plus cæteris obtruditis populo:  
 Verum astuti estis & utrunq; apprehen-  
 dere uultis, ut si minus in uno successerit,  
 statim alterũ cornu præripiatis. Sed  
 ô bone quò tandem uergent ista, quòd  
 Dei uerbum atq; adeo eius sanctum no-  
 men in absolutione in te frustra inuoca-  
 ri sinis, & ipsum Deum quantum in te  
 est (quandoquidem ei diffidas) facis mē-  
 dacem: Si tibi Deus per pœnitentiã  
 remisit peccata ex uirtute absolutionis,  
 per fidem tuam, cur non contentus es  
 isto beneficio, sed curris ad Sacramen-  
 tum, ibique agis contra Sacramenti  
 usum, & culpas ipsam pœnitentiã, cui  
 iuxta ingenium tuæ mundanæ sectæ nũ  
 quã fauisti ex animo. Sanè post pœnitē-  
 tiam accedere ad Sacramētum altaris di-  
 gne, salutare est, si modo iuxta suæ insti-  
 tutionis ordinem contingat accedere.  
 Atqui istud non solum non impugna-  
 tur à me, quinimò magis laudatur. At  
 dicis: Ipsum Sacramētum reddit nostra  
 pectora

pectora huius remissionis certiora ceu  
Symbolum quoddam & euidentissimū  
pignus. Respondeo, Quis te hoc docu-  
it? Profer uel unum iota, quod talia di-  
cat. Nunquid tibi debeo sine scripturis  
credere, cum tu mihi etiā scripturis ual-  
lato nolis adhibere fidem? Quis iniqui-  
orem conditionem audiuit unquā? Quis  
dissimiliorem rationem unquam uidit?

Quamobrem dimittit Ecclesia Pœ-  
nitentiā in suo ordine, & curare sua.  
Similiter & Sacramētum corporis Chri-  
sti dimittit in suo ordine & agere sua,  
singula ita obseruans quemadmodum  
instituit dominus & ordinauit. Remis-  
sio illa peccatorum, quæ nobis per  
Christi effusum sanguinem parta est,  
& quam quotidie in Apostolico Sym-  
bolo confitemur, dispertitur ac admi-  
nistratur inter Christi fideles, primum in  
sacro Baptismatis fonte, deinde in pœ-  
nitentiā, quæ duo simul Sacramenta cū  
illo fidei articulo, remissionem peccato-  
rū (uti satis audiuius) operātur & præ-  
stant,

stant, Eucharistia uero tantum ostendit ac commonefacit nos dominicæ passionis (in commemorationem & gratiarum actionem) in qua semel promerita & acquisita nobis est remissio peccatorum. Crassiori Minerua tibi istud explicabo: In Sacramento altaris annūciatur mors Christi, & huius mortis fructus scilicet Thezaurus omnium spiritualium siue celestium bonorum, ut sunt, gratia, pax, remissio peccatorum, gaudium, &c. Atque pro his immortales debes gratias Deo. Hæc igitur ineffabilia & inscrutabilia bona in Sacramento altaris semel annūciata & concessa, impertiuntur credenti quum baptisatur. Quod si contingat post Baptismum relabi in peccatum aliquod, non dilabuntur tamen ipsius baptismatis bona, sed permanent, ita ut horum ipse fidelis (cū per poenitentiam dolet de commissis) possit esse particeps ac consors. Si non poenitet post baptismum, quem peccati sorde inquinauit, iam perierūt in eo omnia illa bona, quæ illi

illi Sacra Eucharistia annunciarat. Vide talis ac tam necessaria res est ipsa poenitentia.

Quanquam & ipsum Baptismū cōfundant hīj Babylonici structores cum suo Sacramentali dogmate, quemadmodum & in poenitentia tentarant. Faciunt enim ex simplo baptismatis usu, duplicē usum. Quomodo? Nimirū in confesso est quia ipse baptismus ab ipso domino institutus sit in remissionem peccatorum. Et is quidem unicus est baptismi usus. Iam autē accedūt etiā hīj noui Erymni, & hunc usum transferunt ac adscribūt Sacramento altaris, eoq; pacto ex duobus Sacramentis unum tantum constituunt, subducentes ipsam peccatorum remissionem, ab eo (baptismate scilicet) cuius peculiaris est. Dices itaq;: Nos nō rapimus eam, nec distrahimus à baptismate. Respōdeo: Enimuero nec dimittis ei, quamdiu remissionem illam adscribis sacro altario. Nos autem habemus solidum ac certum huius peccatorum  
in bapti



in Baptismate remissionis fundamentū,  
 nimirū Petrum ipsum, qui in Actis disse-  
 rens de nostra fide, eāq; persuadens po-  
 pulo, Pœnitementi, inquit, & baptize-  
 tur unusquisque in nomine domini  
 Iesu Christi, in remissionem peccatorū  
 &c. Jam explica & tu tuum fundamen-  
 tum, ut uideamus ubinā hic habeatur,  
 Et cibetur unusquisq; Sacramento alta-  
 ris in remissionem peccatorum. Nā hac  
 tua planē sentētia & opinio est, ut quē  
 admodum baptismus in remissionē pec-  
 catorū datur, ita quoq; altaris Sacramen-  
 tum in remissionem peccatorū distribuatur  
 credētibus. Est'ne igitur insignis cu-  
 iusdam temeritatis eiusmodi dogma  
 (in quo tot ac tanta latent dispendia ani-  
 marū) sine scripturis & præter ueritatē  
 cōminisci & ex se solo fingere? Equidē  
 qs est tā audax ingenio, qui docere uelit  
 baptismum & dari & accipi in remissio-  
 nem peccatorum, si non idem nobis su-  
 is præostensis uerbis ipsa scriptura lo-  
 queretur ac testificaretur? Quales igitur  
 eos

eos esse oportet, qui hoc citra suffragium scripturæ & firmamentum, audent Sacramento altaris uolenter uindicare & ascribere? Nonne hoc est ueluti nouum quendam baptismum constituere ex Sacramento altaris? Necesse enim est unum ut sint Baptismus & Sacrificium altaris, quandoquidem æqua ratione in utroq; contingat remissio peccatorum.

Huius igitur Sectæ de Sacramento nouū dogma huiusmodi est. Si post baptismum peccasti, accede ad Eucharistiā & ibi tibi remittentur peccata, tam plenè quàm in baptisate. Nam ut sit remissio, necesse est plena sit, non dimidiata. Vnde tanto suauius applaudit omnibus hoc dogma, tantoque leuius irrepit hominum pectoribus, quanto magis Hæreticum est, uti solent semper Hæreticorum figmenta sub mellis specie propinare uenena. Sed quid contra sentit Catholica E C C L E S I A? Quid huius Orthodoxa doctrina nobis præscribit? Sic nimirum: Si post baptismum  
pecca

peccasti, age poenitentiam, detestare & dole, agnosce commissa tua & confitere, ama Deum, dilige proximum, tua impertire pauperi, precare & noli peccare amplius, deinde crede absolutioni & consequeris remissionem peccatorum, per uirtutem collatę clauis. Post hæc si libet aut si te huc inuitat Ecclesię cōstitutio, accede mensam sacram. Nam hoc pacto tuę ipsius probationi abunde satisfactum esse potuit, ne huc indigne accedas. Verum hic quàm grauius feriat ea doctrina uulgi aures, & quàm egre excipiat hominum pectoribus nõ me preterit, utcumq; uerè Euāgelica sit. Nec mirum, Solet quippe esse amara cortex Euāgelicę ueritatis, cuius tamen fructus dulcissimus est. Optaret citius quisque se citra poenitentię asperitatem consequi remissionem peccati, quàm per tantos labores & lamenta ueniam impetrare delicti. Vnde fit, ut passim hodie uulgus & citra consciētię rationem propearet ad huius Sacramenti communiõem,

&amp;

& quibusdam in locis plenis undiq; uñs  
 huc concurrat, ut puta, ubi citius conse-  
 qui liceat remissionem peccatorum, sine  
 aliqua idonea detestatione, sine contriti-  
 one, sine recti propositi intentione, &c.  
 siquidem sola fides omne peccatum ab-  
 sorbeat, siue poeniteat quis siue nō. Cer-  
 te si sanctus Paulus hanc de Eucharistia  
 doctrinam ut sanam ut integram pro-  
 basset, haudquaquam miserum peccato-  
 rem 1 Cor. 5. tam graui poenitentia one  
 re cruciasset, quin potius statim dixis-  
 set: Si habes peccata, si te premunt deli-  
 cta, audacter accede ad Sacramentum  
 altaris, & iam tibi remissa erunt. Sed nun-  
 quid potuit Paulus ita quoslibet pecca-  
 tores admittere, cum alibi scribat, pro-  
 pterea inter Corinthios multos esse infir-  
 mos, & imbecilles, & dormire multos,  
 quod in peccatis & cū peccatis huc ac-  
 cesserunt indigne? Alioqui contra quos  
 rogo scribit & præcipit, ut probet se u-  
 nusquisq; priusquam de pane illo edat  
 & de calice bibat? Quod si Paulus ita

Lutherista fuisset, quemadmodum  
 Euangelicus fuit, procul dubio sic scri-  
 psisset, Propterea multi imbecilles & in-  
 firmi inter uos. Quare hoc Paule?  
 Quòd tunc acceditis mensam domini-  
 cam cum probi estis, cum bene uobis  
 sentitis, cum rectam & sanctam cōscien-  
 tiam habetis, quādo non peccatis inquit  
 nati sordetis, quando huc uos non co-  
 gunt peccata, breuiter quando non toti  
 peccatis uitijs' que estis obducti. Videte  
 charissimi Christiani, quā ex diame-  
 tro hæc pugnent cum Paulo. Et tamen  
 huiusmodi sine intermissione docent, &  
 audent quoque etiam hæc dicere, Si re-  
 ste tibi sentis, si te tua non reprehendit  
 conscientia, abstine hac mēsa, ne malam  
 consequaris mercedem. Est'ne hæc egre-  
 gia quædam Paulina cantilena? scilicet.

In ipso Euangelico contextu apud  
 Matthæum quem uolenter in sui erro-  
 ris nassam pertrahunt, habetur pro mul-  
 tis, non pro omnibus. Sit proinde iam  
 ita ut ea uerba pertineant ad huius Sacra-  
 men

menti perceptionem, nimirum ut is sanguis pro multis in calicem effusus sit in remissionem peccatorum . Verum & hoc uos præteritis . Nam uos eum in uestros calices pro omnibus ex æquo effunditis, quo omnes bibant in remissionem peccatorum, persuadetisq; omnibus, & certiores facitis eos qui unà uobiscum bibunt remissionis peccatorum, neminem excludentes, nisi illos, qui libenter adhuc in Orthodoxæ Ecclesiæ sententiam discedunt. Hii enim soli uestri excommunicati sunt. Vestri autem communicantes uariarum sectarum & omnigenarum studiorum homines sunt . Et hic uobis hoc quisque dignior ac charior, quo peior nebulo, Et contrà, quo quisque sanctior, hoc indignior uestro sodalitiis . Atque ad hæc omnia dispēdia animarum uestrarum, quæ uobis sponte prouocatis in hoc tam salutari Sacramēto, accessit & hoc mali, quod uos Iudiciorum Deus tanta cæcitate percusserit, ut plus uestro dogmati humano tribua

tis, & maiori studio frequentioriq; lo-  
 quacitate seductis turbis hoc inculcatis,  
 quàm ipsum Dei uerbum. Quàm raro  
 apud uos auditu est, Hoc facite in me-  
 am commemorationem, Contrà, quàm  
 sæpe sine fine atque modo à uobis illa  
 uulgi auribus ingeruntur. Si quis ma-  
 lam habet conscientiam, si quis peccatis  
 iacet onustus, si quis iniustum se sen-  
 tit, si quis propitium sibi Deum uult, si  
 quis sibi cupit peccatorum onus eximi,  
 &c. is audacter accedat ad altaris Sacra-  
 mentum, quia hic est remissio peccato-  
 rum. Utinam ipse aliquando Deus qui  
 eos percussit, sanare quoque dignetur,  
 eisq; uere peccata remittere uelit, qui ali-  
 is sine ueritatis fundamento male sua re-  
 mittunt, quo omnium animos insidiosè  
 ab Ecclesia catholica, in qua pœnitentia  
 est, ad suas sectas apud quas pœniten-  
 tia nulla est, protrahant, secumque unã  
 in abyssum inferorum perpetuo dimer-  
 gant.

Postremo priusquam ob signẽ hãc  
 nostram


nostram adsertionem , unum illud ad-  
dam. Audio famosum libellum recens  
cōtra me natum, qui hunc errorem per-  
tinaciter sed frustra defenset, cui ( si cœ-  
ptis annuat Deus, pro cuius tuendo Sa-  
cramento ego laboro , huiusc̄q; uerita-  
tem & synceritatem fidelissime inuesti-  
go ) per me copiose respondebitur,  
Tametsi nonnulli quibus est lectus in-  
dignum æstiment nostra responsione,  
utpote aperte præ se Hæreticum autho-  
rem ferentem, & nequam figmētum.

Exurge Domine Iesu & tuis ipsius  
negotijs auxiliarem fer opem in tempo-  
re. Te enim expectamus in salu-  
tari spe, & unica no-  
stræ salutis fi-  
dulia .

F I N I S .







2

